




# **De Anabaptismi exordio, erroribus, historijs abominandis, Confutationibus adiectis, Libri duo**

<https://hdl.handle.net/1874/429313>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


H. oct.

133



30  
P






Historia Ecclesiastica

Octavo n°. 133.





4

N. 2. A.

76 8. 133

DE ANABAPTISMI  
EXORDIO, ERRORIBVS, HI-  
STORIJS abominandis, Confutatio-  
nibus adiectis, Libri duo,  
autore Ioanne Gastio  
Brisacensi.

Nunc primum in lucem editi.



Ex dono Buchely

BASILEAE



THESE ARE

THE EIGHTH

SONG OF SOLOMON

NOBILI, SAPIENTI ET  
FORTI VIRO, VVILHELMO  
Bœckli à Bœcklisou, præfecto toti  
us Mundati, &c. Domino suo &  
patrono, Ioannes Gastius Bri  
facensis, Theologicæ  
Candidatus.  
S. P.

**N**ERITO hic labor, uide  
licet historia de cataba  
ptistarum erroribus ob  
stupēda, nec nō a'ia quæ  
dam ad séculi nostri corruptissimi mo  
res emendandos apprimē cōducibilia,  
tibi uir nobilissime, idemq; præstantis  
sime inscribēdus est. Non enim oblitu  
oni dedis, quam amantissimis literis, me  
tenuis fortunæ hominē ad amicitiam  
prior prouocaris, hospitiumq;, amici  
tiæ ueræ symbolū, obtuleris, quam be  
nignis

EPISTOLA

magnis uerbis per optimos viros sapientia  
sime salutaueris, ut nisi tuū erga me  
fauorem grato agnoscere animo, in-  
gratissimus omniū quos terra sustinet  
existimari haud inturia possem. Ac-  
cedit etiam aliud, quo ad redamandū  
incitor, cognitio in omni doctrinæ ge-  
nere nō vulgaris (pudeat interim sa-  
cerdotes per luxū et ocium uentri dū  
taxat uiuere) qua multo clarior es, q̄  
maiorū imaginibus, quibus tamen es  
cum primis clarus. Finxit enim te ip-  
sa natura ad honestatem, temperanti-  
am, magnitudinem animi, iusticiā, ad o-  
mnes deniq; uirtutes magnū hominē  
et excelsum. Hoc ipso dignus certe  
uir cū ob eruditioñ singularē, tū ob  
eloquentiā natuñā (quæ in republica  
tantū potest, quantū in bello gladius,  
ut Demetrius Phalereus dicebat)  
qui à consilijs perpetuosis R. D. et  
illu-

N V N C V P A T O R I A

illusterrissimi Principis, D. Erasmi,  
Episcopi Argentoratensis, etc. qui  
me suis beneficijs ita deuinxit, ut ea sa-  
ne nec desinam unquam uel prædica-  
re, uel meminisse. Prudens præfulis  
optimi consiliū arguit, quod te potissi-  
mū ex omnibus, quos habet in aula de-  
leclum, uirum haud quaquam nouæ, sed  
iā olim notæ perspectæq; probitatis,  
Mundato toti præfecit, qui primum  
possis populum legibus & cōstitutio-  
nibus antiquis, cum autoritate & dig-  
nitate, non crudelitate, nō tyrannide  
regere, ad uitia leuiora conniuere,  
grauioribus mederi potius quam ex-  
sperare, & non solū uidere quid aga-  
tur, uerū etiam prouidere quid futu-  
rum sit. Haudignarus, quam infidus  
sit diuturnitatis custos metus. Dein  
possis uel unus esse documento nobili-  
uiro cū literis humanioribus, & opti-

## EPISTOLA

mis moribus maxime cōuenire, quiq; sic officium suum peragit, ut eius nulla fraus, nulla auaritia, nulla perfidia, nulla crudelitas, nullum petulās dictū in uita proferatur. Quid enim magis nobilitatem, quam tales heroi cæ uirtutes et politiores literæ, quæ uirtutum seminaria sunt, tumusus uariarum rerum commendat? Et Nobilitatis lex est, auxilio leuare oppresos, opem ferre miseris, afflictis succurrere, agnoscere derelictos, ulcisci iniqua perpessos, resistere improbis, ab innocentia propulsare uim, tueri uiduas & orphanos. Neq; uera Nobilitas odiosa est probis, ut Cic. in oratione pro P. Sestio testatur. Omnes boni, inquit, semp Nobilitati fauemus, & quia utile est reipublicæ, nobiles esse homines, dignos esse maioribus suis, et quia ualeat apud nos  
claro.

N V N C V P A T O R I A.

clarorum hominū bene de republicā  
meritorū memoria, etiam mortuorū.  
Et Erasmus nostri seculi decus, pro  
pius ad ueram Nobilitatem accedit  
bis uerbis. Ut enim optimo, inquit, iu  
res sapientum calculo damnantur, que  
fortunæ beneficio diuites, animum ha  
bent omnium bonarū rerum inopem,  
et qui nataliū stemmatis se uēditant,  
quum alioqui nihil habeant nobilita  
tis, præter imagines, multo iustius  
damnantur, qui uestes ac domos habēt  
opulenter splendidas, quum animus  
ignavia acediaq; squaleat: qui pul  
chro corpore, mentem circumferūt  
uicijs fœdam, qui maiorū imaginibus  
morum culpa labem ac tenebras offū  
dunt. Ita merito laudantur hi, qui  
se se ueris bonis ac perpetuis orna  
mentis sic locupletarunt, expolierūt  
& illustrarunt, ut ea minima sit in

EPISTOLA

ipſis pars Nobilitatis, quam uulgus  
totā eſſe Nobilitatem existimat. Ha-  
ctenū Erasmi uerba recensui. Ve-  
rum ea nobilitas ab omnibus odio me-  
rito habetur, quæ tyrānidem exercet  
ocio, alia, cōpotationibus tempus ui-  
tæ conterit, uenationibus cum dam-  
no pauperum gaudet, quæ fere insci-  
tiam, ne dicam cōtemptum literarum  
& literatorum habet adiunctam. Et  
iſti malunt eſſe formidabiles, quam ar-  
mabiles: & certe sunt quod optāt, &  
hinc ferociunt. Catilinas & Criti-  
as non sui ciues, non suum seculū, sed  
omnes gentes & ætates accusant, &  
execrantur. Sic etiam hi nobiles, qui  
genere tātum aliquid falſæ opinionis  
habent, hostes uirtutum et honestatis  
summo prosequēdi odio. Et parum à  
bestijs, quæ ratione communi ſolūmo-  
do ſunt contentæ, differūt. Pudet tu  
beris

N V N C V P A T O R I A

beris in fronte, aut næui in naso, & nō pudet perdite uiuere, & bonas horas male collocare. Erit tū uere clara, generosa, illustris ac suspicienda Nobilitas, quum pro chartis et alca tractabit optimos ueterū libros, pro scortis amplectetur uirgines Camænas, pro bellis ac latrocinijs sanctissimæ leges ac philosophiæ diuinæ decreta cordi erunt. Neque illud D. Chrysostomi, qui Christianos Nobiles his uerbis depingit, præterendum est. Una sola, inquit, & uera & communis Nobilitas atque necessitudo cū Christo est, ut uoluntatē Dei facias. Hic propinquitatis modus multo melior illo est atq; uberior.

Quod si probe tenemus, nec de filiorum gestis gloriemur, nisi uirtutes eorum imitemur, nec de parentum nobilitate quicquam nobis arrogemus, ni-

EPISTOLA

*Si probam eorum uitam sequamur.*  
Sed ne excedā modum epistolarem,  
tibi hāc opellam, cuius integratatem,  
imo nobile pecl̄us iā ante perspectum  
babebā, dedico, in qua catabaptista-  
rum ex modicis initijs cōflatum malū,  
conatus abominabiles, scelerā non  
dicenda inuenies. Maiorem partem  
harum rerum non audiuī tantum, sed  
perspexi ipse meis oculis. Documen-  
tum hic babebis insigne, quād diligen-  
ter præses regionis alicuius à quocū  
que Principe constitutus inuigilare,  
locum hæreticis ad spargendum uenc-  
num in simplicis hominis cor denega-  
re, diligenti inquisitione omnia etiam  
minutissima perscrutari debeat, ne  
quid seditionis, aut falsæ doctrinæ sub-  
nascatur, ne tranquillitas Reipubli-  
cæ in discrimen extremum deueniat.  
Nā plebs uulgo facile, libertate ex-

*terna*

## VNCVATORIA.

terna proposita, ad omnia mala pro-  
na, iuramēti præstīti ac obediētiæ de-  
bitæ immemor, solet pruere. Nihil  
enīm populo incōstantius, nihil obscu-  
rius uolūtate hominū, nihil fallacius  
plebe promiscua. Inde turbæ, sedicio-  
nes rusticæ (dij immortales, sine ge-  
mitu hoc dici nō potest) deuastatio re-  
gnorū florentissimorū, multiplicatio  
uiduarū. Quod prudētes præfidesū  
is uigilijs, sua prudentia atq; cōſilijs,  
sua autoritate amoliri sine omni labo-  
re et effusione sanguinis, si principijs  
obſistatur, pōſſūt. Vnde enim catasta-  
ptistica cobors, fatalis illa tempeſtas  
ita augmentata eſt, creuitq; indies, et  
ad huc in hos dies, in hos menses, in  
hoc tempus erumpit, ac pullulat apud  
quosdam imprudentes, quām ex ne-  
gligentia & oscitantia Principum,  
& præcipue ſacerdotum iniquorū in  
doctorumq; Quos tumultus excita-


runt, quas mouere in tota Germania  
tragœdias, quas struxerūt pijs & sim-  
plicibus insidias? Quod enim fretum,  
quem Euripum, tot motus, tantas tā-  
uarias habere putas agitationes flu-  
ctuū, quantas perturbationes & quā  
eos æstus catabaptistica colluies ha-  
bet. Quæ rem gerit clamoribus a-  
pud populū, obtrectationibus & syn-  
cretismis. Maledictis & sycophan-  
tis uincit, non ueritate. Horum igi-  
tur consilijs prudens uir occurrit, au-  
daciam debilitat, sceleri resilit, ne la-  
tius pateat sectæ huius contagio, quā  
quisquam putet. Speculum itaq; pel-  
lucidum hic propono tuæ humanita-  
ti, quod semper in hoc rerum statu lo-  
ge omnium deterrimo intueri, quid a-  
ctum sit perpēdere, quid agendum sit  
deliberare, maturo consilio potes. In  
quo seclæ nocentissimas, obstinatum  
bomi


N V N C V P A T O R I A.

hominum genus, perfidiam, superbiam,  
et pompa huius mundi, infinita sce-  
lera sic expressa uidemus, ut nullus  
Apelles corporis humani effigiē in  
tabula aliqua, et si omnem diligentia  
in pingendo admoueret, repræsentan-  
te posset euidentius uiuidiusq;. Scipio  
eruditissimum hominem et pene diue-  
num domi habuit, C. Lætium nempe,  
quo non comior, iucundior, grauior,  
sapientior, cuius oratione et præce-  
ptis quotidie oblectabatur. Etiam te  
nō pudeat hisce in historijs, quæ loco  
præceptoris esse possunt, si ocium a re-  
liquis negotijs datur, aliquas horas  
fallere. Non carebit haec lectio fru-  
ctu dulci. Imitare in hoc Octavianū  
Augustū, qui liberalibus studijs, præ-  
fertim eloquentiae in tantum incum-  
bēs, ut nullus ne in procinctu quidem  
laberetur dies, quin legeret, scribe-  
ret,

EPISTOLA

ret, declamaret. Hunc itaq; labore  
ac industria nōstrām qualcmcunq;  
uir clariſſime, hilari uultu accipe  
intuere, donec meliora, aut nominis  
tuo magis cōuenientia dedero: meq;  
doctissimo præfuli Ecclesiae Argentoratensis,  
Domino tuo clementissimo,  
pergas tempestiuis & amicis ser  
motibus, quoties se dederit opportu  
nitās, cōmēdare. apud quē, ut audio,  
protuis egregijs uirtutibus, & gra  
tia et autoritate uales plurimū. Pre  
cortuē humanitati omnia fausta. Ba  
ſileæ, Calend. Ianuarijs. 1544.





CATABAPTISTARVM  
ERRORES, ET NEFAN-  
*dæ historiæ, Ioanne Gastio*  
*Brisacensi, Theolo-*  
*giæ candidato,*  
*Autore.*



ECTAM suā sic orsi sunt.  
Cum duces eorum fana-  
tici planè homines iā con-  
stituissent, quam in Euani-  
gelio habemus libertatē  
trahere: nos qui uerbi sumus apud Ti-  
gurum administrī, primum conuenie-  
runt blandē quidem, sed constanter a-  
deo, ut quantum ex ipso uultu & actio-  
ne uidēri poterat, appareret inauspica-  
tum quid in animo fouere. Conuenie-  
bant, inquam, hoc modo. Non fugere  
nos, quām sunt nunquam defuturi, qui  
Euangelio obstent, ex his etiā qui Chri-  
sti nomine glorientur. Nō ergo unquā  
esse sperandum sic coalituros in unum  
b esse

3 DE CATA BAPTISTARVM

esse omnium animos, ut Christianis licet uiuere. In Actis enim apostolicis eos qui credidissent, ab alijs secessionē fecisse: ac deinde factum esse, ut qui crederent, ad eos, qui iam noua ecclesia erant, concederent, proinde ergo nobis esse faciendum. Orare, ut ad hunc aliquem promulgaremus modū, qui Christum sequi uellent, à nobis starent. polliceri, quoq; copias nostras perfidorum exercitum multo superatutas. Iam eccliam piorum suis, ihsçp pijs, Senatum suum lecturam esse uotis. Palam enim esse, quam multi sint, & in Senatu & in hac promiscua ecclesia impij. Ad quæ in hunc modum respondebamus. Verum quidem esse, perpetuo futuros, qui impie uiuerent, etiam si Christum confiterentur, omnemq; innocentiam, adeo que pietatem ipsam despectui haberent. Attamen cum se Christianos esse & diccerent & contenderent, factis autem tales essent, quales ecclesia quoque ferre posset, à nobis stare. Qui enim contra nos non est, noster est: quemadmodum Christus

## ERRORIBVS LIB. I.

Christus ipse docuit, in istis rerum pri-  
mordijs, qualia tum nostra erant. Prece  
pisse eundē quoq; ut et zizania cresce-  
re cum tritico pateremur, usq; in diem  
messis: spem autem non mendacem ha-  
bere in diem plures esse ad bonam men-  
tem reddituros, qui tunc abhorrent.

Quod si minus fieret, piissimis tamen  
semper uiuere licereſ inter impiissimos;  
Secessionem in eo rerum statu quid tur-  
bae daturam uereri. Apostolorum autē  
exemplum huc non competere, à qui-  
bus enim ipse recedebant, Christum nō  
confitebantur: nunc autem nostri confi-  
terentur. Maximam etiam eorum par-  
tem futuram, qui nobiscum nollent in  
ullam secessionem consentire, etiam si  
Christum arctius amplectetur, quam  
nos ipsi. Verbi cōtinua actione istud so-  
lum promulgaturos, quod omnes nos-  
se oporteret, nisi saluti suæ uelint ipsi  
deesse. Haud ambigere futurum, ut fi-  
delium numerus, citra turbam amplior  
atque amplior irremissa uerbi admini-  
stratione fieret, non corporis in multas

## 4 . DE CATABAPTISTARVM

partes discriptione. Senatum, etiam filios maxime uarius esse uideretur, at nobis nō itidem, eo quod & si humanū ab eis nihil alienum crederemus, ingenuē tamen uerbo non modo non obstatet, sed æque faueret atq; Iosaphat ille , qui sacerdotes et Leuitas cū ipsa lege cohortibus uallauit, quo magis libere per omnem Iudæam uerbum prædicarent : magna opere tamen obseruandum esse. Esse decem uirgines, alteras quinq; segnes & stolidas. Hæc & his similia cum instantibus responderemus, istiç; uidentur hac non successurum, alia adoruntur. Baptismum infantium miris proscindunt modis, sumimam abominationem, ex cacodæmone, pontificeq; Romano esse. Occurrimus properè et huic incursioni, amicam pollicemur collationem. Condicitur ad quenq; diem Martis per singulas hebdomadas cōuenienter dum esse. Prima congressione pugna fuit acris, uerum tamen citra cōtumeliam nobis maxime ipsorum conuicia æqua nimiter consulentibus. Deus testis esto,

atq;

atq; hi qui tam ab istis, quām à nobis uocati aderant. Secunda acrior. Quidam enim ex eis cū Scripturis nihil possent, apertis contumelij rem tentant. Post multam conflicitationem cum se inferiores uiderent, et nos eos amice dehorta remur, sic discessum est, ut pleriq; ex eis promitterent se nihil moturos, etiam si non pollicerentur cessuros esse sententia. Intra triduum, aut ad summū quartū diuum nūciatur, eos qui huius sectę Cyprihæ fuerunt, quindecim fratres tinxisse. Ibi primum sentiscere cōpimus, cujus causa & nouam ecclesiam colligere instituerint, & infantium baptismū tandem opere oppugnauerint. Monemus ergo ecclesiam, factum istuc defendi non posse, ut bono cōsilio, nedum bono spiritu cōptum sit, his potissimum causis. Tentauisse ipsos Ecclesiæ diuisionē ac portionem quod perinde ad hypocrisim pertineat, atq; monachorum superstitionem. Secundo, cum ecclesijs suum arbitrium de doctrina iudicanda illibatum sit seruandum, orsi sunt Catabap-

tismū citra omnē collationē: nihil enim per omnē de infantū baptismo pugnā de Catabaptismo proposuisse. Tertio, uideri hunc Catabaptismum, seditionis hominum esse uelutī tesseram. Protinus ut hæc resciscūt, magnis examini bus in urbem aduolant, posita zona, sallīce aut reste cincti, in foro atq; triuījs, ut ipsi iactabant, prophetantes. De antiquo dracone, quem me uolebāt, dec̄p eius capitibus, quibus reliquos Verbi symmystas, omnia implebant. Iustitiā atq; innocentiam omnibus commenda bant, ab eis peregre nimirum profectu ri. Communia se habere iam omnia, & gloriabantur. & alijs nī idem fecerint, ultima cōminabantur. Per plateas, Væ uæ portentosè, uæ Tiguro clamabant. Quidam Ionam imitati, adhuc quadraginta dierum inducias urbi dabant. Quid multa: stultior ero istis ipsis, si omnem eorum audaciam, uel solo nomine uocare uoluero. Nos autem qui à sa na Christi doctrina stabamus Dei mūnere firmiter, quum tota fermè Vrbs quiddam

quiddam, quamvis aliis alio cōfilio, patet, in hoc eramus, ut spiritus probatōrem recte doceremus. Proficiebatur hac via nonnihil, quamvis sese in omnia formarent, quo minus deprehendērētur. Vbi malū aliquantulū remisisset, ut pleriq; uiderētur absq; affectu in causa iudicaturi, cōgressus indicuntur. At quoties, siue publice siue priuatim congrederetur, sēper uictrix abibat ueritas, quę à nobis stat. Promittunt ergo se sanguine probaturos, quod scripturis non possent. Id tanta tum audacia, tū iactantia fecerunt, ut sibi ipsis oneri fuisse nihil dubitem. Prosequuntur Catabaptis-  
mum suū inuito Senatu populoq;, ser-  
uis publicis lictoribusq; nonnunquam reiectis, nonnunquam uero contumelia affectis. Indicitur tandem congregatio, qua quisq; ad satietatem seorsim audiatur, cumq; per urbem, siue ad prætorium ē carcere ducerentur siue ad carcerem redirent, aliis dira comminatur urbi, aliis cōmiseratur. Hic neruos intendebat hypocrisis, sed nequicquam.

Vt enim ad misericordiam flecterent a-  
nilia quedā pectora , nihil nō tentabāt,  
uincebat tamē publice tractata ueritas.  
Omnibus enim toto triduo licebat totī  
pugnē interesse . Postremo cū nec ista  
cōgredione uicta cederet impudētia, da-  
tur denuo pugnandi copia . Certatur co-  
rā ecclesia in tēplo totum iterū triduū,  
tanta ipsorum iactura , ut pauci essent,  
qui non uiderent certandi gratia pug-  
nare miseris, non ueri inueniendi . Ea  
pugna sic accisæ sunt eorum opes , ut  
ab eo multo tranquilius habere coope-  
rimus, præsertim in urbe: per agrum e-  
nīm noctuæ vagantur, et omnia pro ui-  
rili infestant. Decreuit autē clarissimus  
Senatus, post eam collationem, quæ ni-  
mirum decima fuit, post alias, siue pub-  
licas, siue priuatas, aquis mergere, qui  
merserit baptismo eū , qui prius emer-  
serat. Hæc forsitan paulo fastidiosius tibi  
obtrudo optime Lector, sed traxit me  
nullus planè æstus aut affectus, sed fide-  
lis pro Ecclesijs uigilātia ac solicitudo.  
Multi enim ex fratribus sunt, qui cum  
non

nondum compertum haberent, qualem  
nam esset hoc hominum genus, imma-  
nius fieri existimabant, quicquid cum  
illis ageretur. Nunc uero cum & ipso-  
rum caulas uastare cōperunt, quotidia  
nis tum literis, tum clamoribus nos cō-  
pellant, plusquam uera esse cōfidentes,  
quae quidem audierant; quo uigilantio  
res reddantur, qui malum istud nondū  
experti sunt. Ipsum enim orbem simile  
hypocriseos speciem arbitror nunquā  
uidisse. Ut enim scientia sine charitate  
inflat, ita cum hypocrisi coniuncta &  
audacior est, quam ille de plebe putet,  
& callidior quam nasutus etiam depre-  
hendere possit. Crassa fuit Monachorū  
hypocrisis, ut qui de diuinis, si quando,  
frigidissime dissererent. Hi porrò sic a-  
gunt, ut quem sibi obnoxium esse uide-  
ant, non persuadeant aut moueant, sed  
conciteant atq; rapiat. Protinus ergo mi-  
sellī, nescio quae supra uires suas moliti-  
tur. Magistratum diris oppugnant mo-  
dis, Euangelij ministros deuouent. Vn-  
dīq; Pseudomantis Alexandri similes,

## 10 DE CATABAPTISTARVM

qui Epicureos & Christianos nolebat  
suis interesse præstigijs. Ut enim qui in  
magistratu sunt, multa sapientia rerūcę  
usu pollut: sic qui Euangelij ministe-  
rio dignè præsunt, sana doctrina sic in-  
structos esse oportet, ut contradicentū  
contumaciam reuincere possint. Nunc  
ergo mihi astutiam uide hominum. V  
trosq; ministros, & ecclesiæ & reipubli-  
cæ in primis proscindunt: ut si unquā  
pro officio contra mutiant, protinus di-  
cere possint, ideo sibi esse infestos, quod  
eorum uicia contrectauerint. Iam quis-  
que de plebe auditor quicquā prius su-  
spicatur & de magistratu & de Ecclesia  
rum ministris, quam de uersipellibus i-  
stis præstigiatoribus. Procedunt furio-  
so impetu concitati ad istorum magiste-  
rium, ignari quo ruant, aut quem tan-  
dem finem inuenturi sint. Crescit auda-  
cia & impudentia, ut qui heri simplex  
auditor adstiterat, hodie magistratum  
in faciem contumeliatur. Cumq; uide-  
tur, incrementum illorum quo tendat,  
et obstitutur, protinus è medio facessunt  
autores,

autores, ac miserā plebeculam carnificibus laniandā relinquent. Ac in uniuersum talem speciem præbēt, quale Atæ: quocunq; diuerterint, πάντες ἀνται, omniē turbant, inq; pessimū statum cōmutant. Cœpit urbs aliqua paulo sanius de cœlesti doctrina sentire, illò properant ac turbant: nec enim eas Domino initiant, quæ uerbum non recipiunt, unde quis non uidet, à quo magistro mittantur apostoli? Proinde animos erigite optimi fratres. Romani Pontificis hypocrisis in lucem est producta, nūc res cum ipsa est hypocrisi nobis gerenda. Eoq; incūstantius id facite, quo magis uidetis istos cacodæmonis apostolos, cum salutem, nescio quam polliceātur nihil quam turbas rerumq; omnium tā diuinarum quam humanarum cōfusio nem ac perniciem quærere. Hactenus de illorum sectione, et Ecclesię proditio ne. Exierunt à nobis, non enim nostri fuerunt. Ut enim etiam hoc addam, est Ecclesia Zolliconæ (Tigurinæ enim pars est, ad quintum ab urbe lapidem) etiam

## 32 DE CATABAPTISTARVM

etiam num admirabili constantia, iam enim semel superarūt apud senatos Catabaptistas. Verbum simpliciter ac placide semper sunt amplexi: quam isti precepitque occasionem spectarunt, sperates eo citius hypocrisi suæ fore obnoxios, quo maiore simplicitate & alacritate pollerent.

*De Extasi Catabaptistarum.*

Abbacellæ hoc utuntur præstigio. Dejicit se aliquis aliquò Catabaptista perinde atque epilepticus esset: spiritum quām diutissime potest retinet, ac se in extasi esse simulat, horrendā præbere speciem aiunt, qui uiderunt. Tandem euigilanti similis, testari incipit super his, quæ in extasi uiderit aut didicerit. Viderunt omnes, cum primis Zunghium errare in Catabaptismo: quā sententiam alius mitius, alius atrocius pronunciant. Viderunt iudicij diem ad fore ante biennium. Viderūt Catabaptistum iustum sanctamq; rem esse, & id genus nugarum suarum. Nec est, cur hoc

hoc præstigium putes à simplicibus eo  
rū fīgi, ipsi Antesignani autores sunt:  
quod hoc exemplo disces.

Sanctogalli puella Catabaptistis fu-  
it, duodecim annorū aut paulo suprà,  
patris (ut aiunt) recte animati filia: quē  
ad conuehendam annonam sese accin-  
gentem (est enim frumentator) filia mo-  
net, ut istum diem domi se retineri patia-  
tur, uisurum esse miranda: atq; paulo  
post ad eum, quem diximus modū con-  
cidit. Cumq; euigilasset, itidem fanatica  
ista sua garriebat. Vides, ut ista sciuit,  
quando casura esset. Cur autem nō ce-  
cidit, protinus ut patrem uidit profici-  
sci: nondum docta erat omnia, quē sibi  
restituta redderet, aut quibus ad hanc  
rem opus erat, imperata fuerāt. His im-  
manibus præstigijs passim apud Abba-  
cellanos utuntur.

### *De Iuramento catabaptistico.*

Cum relegantur Coryphæi isti, con-  
tra quos potissimum scribimus, & sacra-  
mento rogantur, nolunt respōdere: sed  
per

per fidem quam in Deum habeant, recipiunt se nunquam reddituros; ac mox ubi redierunt, Pater, inquiunt, per suam uoluntatem me reduxit. Ego mendacij patrem adprobè esse scio, qui eos facit reduces, ipsi autem cœlestem se intelligere simulant. Sed hoc memoratu dignum est: cum Gregorius ille, quem omnes alterum Paulum uocant, de domo Iacob, uirgis apud nos cæderetur usq; ad portam infernam, & ad respondentum sacramento leuandum manus à seruo Senatus adpellaretur, primo renuit, quod prius etiam saepe fecerat atque obtinuerat: imò se semper sicc gesserat, quasi prius mori uellet, quam iusiurandum præstare. Iubet ergo seruus Senatus actutū manus leuet, ac sacramento rogatus respondeat: aut uos Lictores, inquit, eum in neruum reducite. Leuat, uirgis nunc persuasus, in cœlum manus, ac præeuentem sacramento Magistratū sequitur Gregorius de domo Iacob. Hic uobis oritur ô Catabaptistæ quæstio, in legē inciderit Paulus  
ille

ille uester nec ne. Lex uetat quo minus iuretis, iste iurauit, legem ergo trāsgres-sus est. Hic ergo nodus nectitur. Vultis separari à mundo , à mendacio , ab his, qui non ambulant iuxta resurrectionē Christi, sed in mortuis operibus. Qui er go factum est , ut apostamat istum non excommunicaueritis: Non est ergo Etiam apud uos Etiam , neq; Non Non. Sed contrā, Non est apud uos Etiam, et Etiam Non. Neq; Christum, neq; cōsti-tutiones uestras sequimini.

*An turpe aliquid Catabapti-stæ designarint.*

Vaultzutum totum subuertit hēc se-  
cta, multos ex ciuibus uiros bonos et in-  
tegros exulare coēgit, & possessionibus  
pepulit, qua ex re Euangelium quoque  
(quod illuc pulchrè floruerat) funditus  
excisum est. Parū absuit, quin idē Vuor-  
maciæ factū fuisset, Augustæ, Basileæ.  
Et in Morauiā Catabaptistæ fuerunt,  
qui Christum Prophetam affirmarent,  
qui diabolos & impios beatos futuros  
adserē-

adsererent. Sanctogalli frater fratri cas-  
put abscedit, iubente id (ut ipse aiebat)  
patre. Quid turpitudinis sub praetextu  
matrimonij spiritualis admittant, testa-  
tur urbes & ciuitates, quae ob haec scele-  
ra saepe in eos grauissime animaduerte-  
runt. Hoc uero nemo negare potest,  
quod plerique illorum coniugem et liberos re-  
linquunt ac deserunt, immo omni abiectione of-  
ficio ignavi stertunt, & ex alienis labo-  
ribus saginantur. Quum uero tam tur-  
pi & abominanda libidine scateant, ius-  
su patris coelestis impetrant illi. Hoc  
denique mulieribus & honestis matronis  
persuadentes, impossibile esse ipsis, ut  
regni coelestis sint consortes, nisi corpo-  
ra sua turpiter prostituant, quandoquidem  
scriptum sit, renunciandum esse ihs,  
quae maxime diligimus. & Christi gra-  
tia omnia infamiae genera esse deuoran-  
da pijs. deinde publicanos et meretrices  
præcessuros esse iustos in regno cœlo-  
rum. Perfidiæ, mendacij & seditionis,  
quibus inobedientes isti undique scatent,  
nec finis est nec modus. Num ergo hec  
mi

mi Simon, & (quæ prudens suprimo) grauiora uirtutes sunt? An tibi adhuc in honesti nihil designasse sunt uisit?

*Vxorum communitas apud  
Catabaptistas.*

Hic te piū peccus testor, ne ijs quæ dicturi sumus offendaris, huc enim iure debent ponī, non quod affectui tātum deferamus, sed quod quæ isti clam designant sic, non debent ab omnibus ignorari: ut quæ Alexander ἔλλην in diuum Paulum admiserat, quo facilius à tanta lue nos ipsos custodiamus. Ero in describendis eorum facinoribus liber et breuis. Vxores isti sic communes habent, ut aliena matrimonia inuadant, sua deserant, Liberos autem sic, ut eos deserant, atq; alijs alendos relinquant. Belli homines, dum libido suadet, communem faciunt fratrī uxorem, imò filiam uirginem. Cum uero ipsa naturæ uis requirit, ut liberos uel cum sudore soueant, iam alijs communes faciunt.

Figellæ cuidam nomē est apud nos,  
c ad

## 18 DE CATABAPTISTARVM

ad primum ab urbe lapidem, is eorum  
doctrinam contumacissime tuebatur,  
commeatum autem pro domo cōtraxe-  
rat, quo hyemem transmitteret: & quo-  
ties edendum esset, iam inertes muscæ  
aderant, magnifice de Deo prophetan-  
tes, sic enim blateramenta sua uocare di-  
gnantur prophetiam. Tenentur pater-  
familias uxor atq; liberi hoc præstigio,  
donec annona absumeretur. Arbitra-  
tus ergo homo, quod minime contin-  
gebat, præsentibus comesis, illorum o-  
pera & auxilio alia comparaturum: mo-  
net nunc esse operi instandum, quo pa-  
retur uictus. Surdo fabulam narrat, cū  
enim aut stamen tendere (textor enim  
erat) aut subtegmen conuoluere coge-  
retur, illorumq; opē aliqua in parte ex-  
pectaret: isti laudare Deum, eius proui-  
dentiam uehere, omniaq; de illo tanquā  
āσταρτα ιγλι ἀνίγοται polliceri, manum o-  
peri nullo admoliri. Interim ex coniuge  
discit adulterium quoq; oblatum ei esse  
pietatis prætextu. Iam domo pellit scele-  
stos hospites, atq; oculos recipit: uidet  
que

que uentres esse, quos pauloante angelos crediderit, atq; ad Ecclesiam Christi tedit. En tibi, ut publica uelint esse omnia. Perditi homines mediocrium bona cōmunia uolunt esse, sua uero si qua habent nullatenus. si nulla habent, sic communia faciūt omnia: laborem partiuntur alijs, ipsi ne nihil faciant, ocium colunt, deinde in commune edunt. Vxores quoq; ne Platonis rem publicam uitient, communes faciūt: non suas, sed aliorum. Quod alio facto patebit.

Fuit ex Coryphæis præcipuus in uico ab urbe ad quintum lapidem cū nō contemnenda pecunia. Ad eum prope rabat uxor, ut liberis abiens aliquid relinqueret, è pumice aquam postulabat. Manet interim uxor, nocturnis forsperans blāditijs aliquid emuncturam: cunq; iam hora esset, lectum mariti petit. Cui spiritualis homo occursens: Nō ne dixi tibi, quod non aliam ob rem ueneris quam libidinem: à se repudiat, ac mox puellam Cata baptistam ad se aduocat. Quod cum uxor male ominans

## 20 DE CATABAPTISTARVM

arguit, diris eam deuouet. Caro es, inquit, ideo carnalia cogitas, et suspicaris, maledicta eris in æternum. Cum autem nullis ei posset suspicio maledictis eximi, tandem ad nos uenit, ac narrat quæ maritus, libidinis alioquin impatientis simus, ei imposuerit credenda: de matrimonijs spiritualibus putat. Cum suspitione carere non posset, quod cum eadem puella uicibus aliquot Sanctogallum perrexerat, solusq; cum sola non tam nemora & æstiuas umbras transierat, sed noctu in eodē cubili cubuerat, iam tandem aperit mysterium, connubia inter eos esse spiritualia, quibus tamen uxor parum dabat fidei. Sic ille uxorem alijs reliquisset communem, ne nihil in commune referret (nūquam enim posthac eam attigit) nisi meliore fide, quam ipse cōnubium custodiuisset: ac puellam communem usurpat, imò communem facit. Iam aliud quoq; exemplum narro.

*De Puellis duabus exemplum.*

Sanctogalli publice animaduersum est

est in pueras duas, quæ donec ad Cata-  
baptistas desciscerent, inculpatæ pudiciæ  
fuerant, sed simul atque corpus  
in Catabaptisimum demerserunt, nau-  
fragium passa est uirginitas. Desponde-  
ri enim se spiritualibus maritis, acceptis  
annulis tulerunt, nocteq; tandem una  
unoq; in lecto zonam uirginalem sic  
soluerunt duo Catabaptistæ, ut sponda-  
diu gemens, oneris tandem impatiens hu-  
mi fuderit uno crepitu nuptias duas.  
Ibi qui casum audierunt, sancte iurant,  
spiritus istos κτύπων haud alium edidis-  
se, quam si corpora quatuor de sublimi  
terram decidissent. Nec his temere abe-  
as, quæso Lector, ni prius cōsideres, hy-  
pocriseos uim superare libidinis etiam  
impetum. Quo sibi minus placeant ij,  
qui & si casti fuerunt, quod ipse nō cre-  
do: ideo tamen fuerunt, ut hanc sibi glo-  
riam apud mortales reponerent. Fue-  
runt enim hæ pueræ antea quoq; stupri  
appellatae, sed nequicquam. Potentior  
ergo carne est hypocrisis. Spiritus enim  
prætextu ac simulatione, deceptæ uirgi-

nitatis arcem prodiderūt. Quid autem  
hinc inde admissa commemorem adul-  
teria? quæ et si multa, pauca tamen sunt  
præ his quæ arte cælata sūt, quo minus  
deprehenderentur.

*De Paricidio immanni.*

Immane autem paricidium, quod  
germanus in germanum fratrem admí-  
lit in Sanctogallensium agro, quis com-  
modè poterit memorare? Quæ enim e-  
rit uerborum uis, quæ tātam possit atro-  
citatem dignè exponere? Aut quis tam  
hebes, ut non uideat, Deum omniū bo-  
no id exemplum edidisse, quo magis à  
pernicioſa ſecta deterreat? Aduocat fra-  
ter fratrē, nihil tale cogitantē, in patris,  
matris, ſororum, familięc̄p totius conſel-  
ſum, iubet ut in medio genua deponat.  
Paret fanaticus homo, ratus aliquid pre-  
ſtigij fratrem editurum. In eadem nimi-  
rum parentes quoçp fuere ſentētia: quo  
tidie enim apud iſtos, perinde atq; in A-  
frica, noui quid naſcitur. Ut autem iſte  
in genua ſeſe demiſſet, corripit latro en-  
sem, quem in hoc attulerat, atq; per fra-  
tris

tris iugulum protinus adigit, caputqz detondet: quod parentum pedibus aduolutum pectora examinat. Et reliquo corpore trunco magna crux uis emanat. Concidunt, atqz amentia emoriuntur, quotquot adsunt. Paricida ipse, Volutas Dei, inquit, impleta est, abit in urbem furioso similis. Consulem sic affatur, Annuncio tibi diem Domini. Id enim tum omnes agebant, ut dicerent diem Domini ad eū Ascensionis Dominiæ diem adfore, qui ante biennium præteriit. Non possum hic μυντηγίζειν paricidalem sectam: factum enim ipsum atrocius est, quam ut hilaritatem ullam admittat. Christianum adserunt cū alijs multis, tū ista potissimum ex causa magistratum gerere non posse, quod Christianus neminem possit occidere. Atqz simul omnes negant, se id facinus iudicare posse. Paricidium ergo apud istos non accersitur, homicidium accersitur.

Non sine causa uolunt credentium liberos, qui cum Ecclesia uersabantur, inter credentes compræhendi, sed inter

res quæ illis erant cōmunes; tanti enim faciunt hominem, quanti beluam: imò belua arctius amplectitur cognatā beluam, quam hic paricida germanū frātrem. Quid iam mirum est, uirginum atque matronarum usuram non aliter sibi sumere, quam iumentorum & subiugalium? Nefas non est apud istos, paricidali manu fratrem trucidare: quanto minus accusationem adulterij ac stupri audient: Horum sese iungunt ecclesiæ, qui retinguntur, quæ scortationē & ad ulterium, si ipsi admittat, negat esse peccatum. In istam enim mihi faciem aliquando dixit Vmbra, cum sese iactaret immunes esse à peccato: protinus enim ab ecclesia sua excluderent, qui quid ad admitieret, et ego eum obijcerem, qui Veseniū admiserat adulteriū, sic inquā dixit. Etiam si mœchatus est, non peccavit: qui enim in ecclesia nostra sunt, pecare non possunt. Non est ergo, inquā ego, adulterium peccatum apud uos? Non est, inquit, adulterium apud nos, mitto dicere peccatum sit, siue minus: sed

sed non est adulterium, quod uos putatis esse. Cum enim unum eundemq; sp̄itum habeamus, nihil potest apud nos fieri quod peccatum sit. Ut enim unum habemus sp̄iritū, ita & unum corpus sumus. Quam nunc sententiam nihil obscure prædicant. Huic item retincti sese jungunt Ecclesiæ, quæ non nouit paricidium iudicare. Sed clarissimus Senatus Sanctogallensiū urbis, Christi gloriam unice admirantis, paricidam capite plexit ad preces parentum & cognatorū, subindeq; dato à Domino signo, adeò prudenter malum hoc pressit, ut nullib; sint pauciores Catabaptistæ: ubi tamen tantus eorum inter initia numerus fuerit. Fuit enim tota ista familia retincta, & ipsa domus Catabaptistarum receptaculum, in qua paricidalem manum frater fratris sanguine contaminauit. Vnde non immerito quis diceret eā cum propter familiam, tū propter Catabaptistas ipsos Diuino iudicio funestam esse factam.

*Aliud Exemplum de spiritu  
alibus matrimonij.*

Fuerunt & alibi, qui hæc spiritualia  
matrimonia consimilem ad modum sic  
contraherent, ut ab argentarijs coem-  
ptis annulis, puellares matronalesq; spi-  
ritus sibi deuincerent, quales in schola  
Valentini fuerunt, quemadmodum Ir-  
næus Libro primo testatur.

*Insana doctrina de uxoribus  
ducendis, Secundianorum.*

*Epiph.lib.1.to.2.fol.100.*

Primum quidem quod ipse Epiphanes  
cū patre suo & secte antistite Carpocra-  
te ac sodalibus eius, communes esse ho-  
mínium uxores sanciuit, ex Platonis de  
Republica libris occasionem nactus, et  
propriam concupiscentiam perficiens.  
Hinc autem initium facit, dicens uelut  
in Euangeliō habetur, Saluatore dicen-  
te, Triplices eunuchos esse, eum qui ab  
hominibus castratur, & eum qui ex na-  
tuitate, & eum qui seipsum propter re-  
gnum cœlorum voluntariè castrauit, et  
inqvit

inquit, Alij itaq; ex necessitate, & non pro ratione eunuchi sicut, alij uero regni cœlorū gratia seipso castrant: quapropter ea quæ ex nuptijs contingunt, supputationem uidelicet rerum necessariarum, & negotiorum occupationem formidantes. Melius est matrimonium contrahere, quam urinare in ignem immittas animam tuā, Apostolum dicere ait die ac nocte resistens ac timens ne à continentia excidas. Nam dum in resistendo uersatur anima, à spe diuiditur. Sustine igitur (uelut iam antea dixi, exhortationis in medium proferēs orationem) Isidorus ad uerbū in moralibus inquit, pugnacem uxorem, ut ne abstraharis à gratia Dei, ignemq; per semen ejiciens cum bona conscientia Deum adora. Quum autem, inquit, gratiarum actio & benignitas Dei in petitionem tuam inciderit, & steteris de cætero non peragens cum uirtute, ut ne offendaris, nuptias contrahe. Deinde rursus dicit: At iuuenis quis est, aut pauper, aut proclivis in Venerem, hoc est debilis, et nō uult

uult nuptias contrahere secūdum ratiō  
nem, hic à fratre ne separetur: turpes au  
tem quasdam suspiciones sibi ipsi exqui  
rens miser ille, fabulam cōfingit. Dicat  
ītacq; inquit, Ingressus sum ego ad san  
cta, nihil possū facere. Si uero suspicio  
nem habuerit, dicat, Frater impone mi  
hi manum ut ne peccem, & accipiet au  
xilium sensibile ac intelligibile. Velit so  
lum absoluere bonum, & adsequetur.  
Deinde rursus dicit, Aliquādo ore qui  
dem dicamus, non uoluimus peccare,  
cogitatio uero incubit ad peccandū.  
Talis propter timorem non facit quod  
uult, ut ne supplicium ipsi imputetur.  
Cæterum humanū genus habet necel  
saria quædam & naturalia sola, habet  
amiciri necessarium ac naturale. Natu  
rale autem est & Venereis rebus uti,

*De Baptismo Marcosiorum  
& Catabaptistarum.*

Cœna opipara apud quendam ma  
gni nominis, uerum cuius animus Ca  
tabaptismū adfectabat, adornata erat.  
Et

Et inter epulandum incidit sermo de re baptismationis effectu, de dilectione fratrum & sororum erga inuicem. (Nam aderant eo in conuiuio etiam mulieres formosæ ac fœcundæ) Quidam ex conuiuis spiritu adflatus erroneo, Annon iam possum, inquit, incitor enim nescio quo numinis ui, baptismi signum à uestibus sanctis uiris suscipere, inq; uestrum collegium tam immune ab omni peccato adnumerari: Potes, inquit unus ex il lis. Et mox accepto cochleare, in quo iu sculi sorbitiunculā habebat, effudit id, quod inerat, super caput illius, dicens, Baptizo te frater exoptate in nomine Christi. Iam es frater noster purus et im maculatus, sine omni labe tanquam pu er. Dederunt omnes illi dexteras, & De um expansis manibus laudabant. Imitatī ferè sunt Marcosios hæreticos, de quibus Epiphanius Libro i. To. 3. fol. 109. scribit his uerbis, quæ desumpsit ex Irenæo.

Alij uero ducunt ad aquam, & bap tizantes ita dicūt, In nomen ignoti pa tris

## 30 DE CATABAPTISTARVM

tris uniuersorum, in Veritatem matrem omnium, in eum qui descendit IESVM, in unionem & redemptionē ac societatem uirtutū. Alij uero Hebraica quædam nomina adiiciunt, quo magis admirationi sint his qui initiātur, hoc modo; Basema, chamosse, baæanocra, mīstadia, ruada, custa, babophor, calachthi. Horū interpretatio hæc est, Super omnem uirtutem inuoco id quod nominatur lux, & spiritus bonus et uita, quia in corpore regnasti. Alij rursus redemptionem adiiciunt his uerbis, Nomē ab sconditum ab omni Deitate & dominatione ac ueritate, quod induit Iesus Nazarenus in uita Lucis Christi, Christi uuentis per Spiritum sanctum in redemptionem angelicam. Nomēn restitutio nis, Messia, Vphareg, Namempseman, Chaldaean, Mosomedaëa, Arphrame, Pseuua, I E S V Nazaria. Ethorum interpretatio hæc est, Christi non diuido spiritum, cor, & supercælestem uirtutē, misericordem. Utinam fruar nomine tuo Saluator ueritatis. Ethæc quidem uer.

vērba dicunt hi qui initiant. Qui uero  
initiatus est, respōdet, Firmatus sum &  
redemptus, & redimo animam meā à  
sēculo hoc, & omnibus qui cum ipso  
sunt, in nomine Iao, qui redemit animā  
suā in redemptionem Christo uiuen-  
te. Deinde acclamat omnes præsentes,  
Pax omnibus, super quos nomen hoc  
requiescit. Deinde inuadunt initiatum  
succo balsami, hoc enim unguentum  
figuram fragrantiae super uniuersa esse  
dicunt. Quidam uero ipsorum ad aquā  
ducere superfluum arbitrantur, uerum  
oleum et aquam simul permixta unā cū  
additione similiūm, uelut diximus, uer-  
borum, in caput eorum qui initiantur,  
fundunt: & hoc redemptionem esse uo-  
lunt, ungunt autem ipsi balsamo. Alij  
uero hæc omnia auersantes, dicunt: Nō  
oportere inenarrabilis ac inuisibilis uir-  
tutis mysterium, per uisibiles ac corrū-  
ptibiles creaturas perfici, & eorum quæ  
mente concipi non possunt, et incorpo-  
ralia, sunt per sensibilia ac corporalia.  
Esse autem perfectam redemptionem,  
ipsum

ipsam cognitionem inenarrabilis magnitudinis. Quum enim defectus & afflictio facta sint præ ignorantia, per cognitionem dissolui omnem ex ignorantia constitutionem: ut si cognitio libera ac redemptio interni hominis, & neque corporalis sit, corruptibile enim est corpus, neq; animalis, nam et anima ex defectu est, & est uelut habitaculum patris. Spiritualem igitur oportet etiam redemtionem esse: redimi enim per cognitionem internū hominem spiritale, & contentos ipsos esse uniuersorum cognitione, atq; hanc esse redemtionem ueram. Hactenus Irenæus.

*Christi Diuinitatem pernegant.*

In Nouo Castro duo Catabaptista & capti, & in carcerem detrusi, tandem etiam puniti, qui Deitatem Christi libera uoce abnegabant Christumq; solum purū hominem, quemadmodū nos omnes, & fuisse, & permanuisse prædicabant. Et palam has blasphemias, nō in angulis, sed in ipso foro, plenis buccis de bla

blaterabant, O miserū seculum et corruptissimum, in quo tot errores subnascuntur, & afferuntur.

### *Virtutes Catabaptistarum.*

Nec tu quenquam ex illis mihi ostēdes, qui non aliquo prædictorum flagitorum commaculatus sit. Mendacium dico, perfidiam, periurium, inobedientiam, seditionem, ocium, desertionē, turpitudinem. Ex his licet non omnia omnibus, singula tamē singulis adhærent, ut interim taceā hæresim & sectas, pertinaciam, & eorum falsam ac erroneam doctrinam.

### *Vetus & nouum Testamentum negant, per opera uolunt saluari.*

In hoc aliquando fuistis, ut totū uetus Instrumentum negaretis, imò simul atq; apud Vangiones Denckij & Heteri cum Caucijs nescio quibus nihil obscure plenam perlitationē per Christum negant, quod nihil aliud est, quam nouū Testamentum conculcare. Apud nos Groningæ totum uetus Testamen-

dum

tū negant, quod ipse his oculis uidi, scripserunt enim ad Senatum nostratē, uetus Testamentum antiquatum, irritaque esse testimonia, quae ex eo proferantur, atque adeo nihil posse. Hic inquam spiritum uestrum requiro. si ueracem esse contenditis, ergo simul nobis adimit & ueteris & noui Testamenti Scripturam, & que enim apud Groningam uetus Testamentum, atque apud Vangiones nouum conculcatis. si minus ueracem esse contenditis, quae ergo malum audacia, diuinum simulare spiritum tanta pertinacia atque proteruia: &c. Quid enim aliud dicit, qui Christum negat unica sui oblatione pro totius mundi peccatis perlitasse, quam Christus est mendax, Christus non est Deus, Christus non est animarum nostrarum salus.

### Catabaptistas Scripturam negare.

Catabaptistæ, ubiubi lubet scripturam negant, et spiritum suum iactant. Scimus autem quod spiritu interpretandæ sunt Scripturæ, non contentioso isto atque terminario,

merario, quo Catabaptistæ exagitātur, sed illo ueraci, eterno, pacifico, ac sibi cōstante. Scimus itidem Christum ideo ad Scripturam prouocasse (qui tamen signis ac doctrina satis experimēti dabant) num nam ex Deo loqueretur: quo minus cum Cabaptistæ, tum quisquam alius sibi credi postulare auderet, cum cītra Scripturæ autoritatem loqueretur.

### Catabaptistæ omnes prædicatores.

Catabaptistæ sumunt sibi omnes prædicandi officium, atq; de alijs qui legitime à Christianis Ecclesijs inautorati sunt, sciscitantur. Quis te elegit? Cū isti ne à sua quidem Cacoecclesia mittantur. Atq; hic non curant Scripturam. Hic non ualet, Non legimus aliquem ex ueris Apostolis sibi sumpsisse uerbi ministerium, ergo nemo debet sibi hoc sumere. Cum Paulus interrogat, Quomodo prædicabunt, nisi mittantur? Au diat, Catabaptistæ. Qua porrò autorita te; Patris mendacij ac dissidiorum.

*Catabaptistarum error de ani-  
marum dormitione.*

Catabaptistæ docent mortuos dor-  
mire & corpore & animis, usq; in diem  
iudicij: propterea quod dormiendi uer-  
bo ignorant Hebræos pro moriendi uel  
bo uti. Deinde non considerant, anima  
esse spiritum, qui tam abest ut dormire  
possit aut intermorí, ut omnium spiran-  
tium uita non aliunde sit quam à spíri-  
tu, siue crassus ac sensibilis iste corpora  
uegetet ac surregit, siue cœlestis ille in  
corpore peregrinetur.

*De Puella quadam à Catabap-  
tistis uiciata.*

Puella uitæ honestæ ac pudicis mori-  
bus, à Catabaptistis multis blanditijs &  
pollicitationibus seducta, quibus cū a-  
biit nescio in quā speluncā. Peracto mē-  
se ad herum ueterem, cui fideliter inser-  
uierat ad annos aliquot reuersa, salutan-  
digratia. Quā Herus humaniter accipi-  
ens, ioco alloquebatur, Cur misera, pa-  
sa es te ab istis impuris nebulonibus se-  
ducitur?

ducit? Cur pudorē, qui uirginalem etatē  
debet, honestatē, exuisti; cur deniq̄ as-  
sensisti illis in tam graui peccato? Pudi-  
citia enim amissa, nihil reliquum habet  
mulier. Mox puella uoce illa perterrita,  
confessa est peccatum quod designarat  
inquiens, Dixerūt patrem cœlestem id  
iussisse, propterea ad omnia fui obediē-  
tissima omnibus, qui spiritualis matri-  
monij debitum postulabant. Ad hæc  
pius Vir, Abi, inquit, in malam crucē  
impudens scortum. Audes ne etiam in  
tam grādi scelere gloriari, quasi Deo fa-  
cinora uestra grata sint?

*Aliud.*

Felix Mantz, ob Catabaptismi se-  
ctam, quā partim seuerat, nusquam tu-  
tus, Basileæ locum commodum apud  
aliquos ob nouitatem doctrinæ, quam  
profitebatur, se inuenisse putabat. In a-  
gro enim suis cōplicibus ex Biblijs He-  
braicis, ne usquam aberraret à scopo ge-  
minæ sententiæ, quoq̄ maior illius esset  
apud simplicem populū autoritas, præ  
legebat scripturæ loca, quæ etiam inter

pretabatur Stoico uultu, sed mox deprehensus, et proscriptus, ne quid doctrinæ nouæ in Basiliensi urbe & agro disseminaret. Nam comitabantur illum fere quotidie tā viri quam foeminæ, quo cunctz locorum se moueret tanquam præsentissimum numen, & sic ab ore illius pendebant, quasi stupidi & transformati in alios homines. Agrum & sylvas amabat, tutū latibulum hæreseos. Quicquid ille diceret, ac iuberet, pro oraculo habebatur. Hi subsequentes similes, ne dicam stultiores, Sampæsis, de quibus Epiphanius Lib. 2. to. 1. Si uero, inquit, aliquando exibant in publicum tales, aliquò abeuntes, turbæ ipsas (mulieres prophetissas) sequentes puluerem pedū colligebant, medelæ uidelicet gratia, & saliuam sputorum similiter, maximope re delusi, utebanturq; ipsis in præserua ciuis ac amuletis.

### *De Sarctor quodam.*

Sarctor, nebulo alias insignis, ocij et desidia amans, concionatorum Euan gelij

gelij acerrimus hostis, cum in exilium es-  
set mittendus ob Catabaptismi sectam  
& alia facinora, mira calliditate sese cor-  
rā Senatu, sub quo inuitus degebat ex-  
cusans, nempe in eo se numero, qui om-  
nes homines quibus retinctio abomina-  
bilis res uideretur, damnaret, nunquā  
fuisse. Neq; illis adhæsisse, qui ob Cata-  
baptismū proscripti essent, imò eos fu-  
gisse, euitasseq; tanquam uenenū. Hoc  
mendacio efficiebat ne in exilium cum  
uxore & liberis proscriberetur. Sed tan-  
dē propter flagitium aliquod, & uaria  
mendacia commissa, ne depræhendere  
tur, aufugit.

*De Anabaptistis conuictis  
mira calliditas.*

Catabaptistæ publica in disputatione  
Basileæ conuicti, adeo ut reuocaturos  
suros errores, quibus tenebantur occæ-  
cati, sese ultro offerrēt. Dimissi nulla af-  
fecti poena, uerum non solum non recā-  
tarunt, sed etiam contrarium egerūt, ne  
dicam perfide. Dixerunt enim quū do-

mum ad suos reuertissent, se à Deo mirabili uirtute liberatos, & angelum Dei carcerem aperuisse, dixisseq; , Surgite uiri Dei uelociter, & sequimini me. Se scire eum angelum fuisse, qui & Petru è carcere liberauerit, En impudens mendacium, perfidiam meram, inobedientiam intolerabilem, instabilitatem in dictis & factis. Tales prophetas amat mūdus iste peruersus, ijsq; aures præbet & credit, solum modo ut publicam pacem & tranquillitatem perturbent et euertant.

*De Rustico quodam simplicia  
Catabaptistis seducto.*

Rusticus quidam in pago, nomine Deruuiler (qui miliare unum à Basilea in ditione episcopali distat) catabaptismo ob simplicitatem & admirandam pietatem infectus, in quo & perstitit post multa uincula & ergastula. Quum primum Catabaptista domum illius ingressi (diues enim erat agris, uineis, pratis & pecunijs) in genua procumbebat, & gemitibus inenarrabilibus, uoce retenta,

tenta, emissis surrexerūt, et extenso uultu, ad Scripturæ sanctæ enodationem quisq; alterū inhortabatur. Liber aper-tus est, de Baptismo locus prælectus, quem magno clamore & suspirio alto declarabant. Dij boni, quām impiē om-nia ad opinionem semel imbībitā accō-modare solebant, quo simplicibus eo fa-cilius imponerent hac hypocrisi. Epula-bantur quotidie splendide idq; summa-alacritate, & inter epulandum cōtra Eu-angeliū ministros uirus effundebant. Morem enim illum perpetuo seruāt, ut Euangeliū ministros apud suos auditō-res odiosos reddant. Quum iam menses aliquot grato animo ea quæ apponebā-tur, et deuorarent & absumerent, Vxor rustici pertesa ob frequentiam conui-uarum, qui nihil conferebant, nihilq; la-borabant, timens, quod & euenit, pau-periem hos fucos sequi. Corrosa enim erant, quibus per hyemale tempus fami-liam sustentare uolebat. Porcis itaq; & farciminiibus comesis, uasis uinarijs ex-haustris, frumento absumpto, mox nebu-

d 5 lones

42 DE CATABAPTISTARVM

Iones isti auolarunt, Rusticum, & si pri-  
mo renuisset, secum trahentes, se iam in-  
quiūt à Spiritu sancto aliò uocatos, mes-  
sem euangelicam instare. Vocationi in-  
seruiendum esse, nam Dominum illis  
aliquem electum ex domo Israel osten-  
disse hac nocte in uisione, in cuius ædes  
ingredi oporteat, quia filius Abrahæ u-  
rus hac nocte futurus sit. Sic que tota  
grex nebulonum alterius, fortasse sim-  
plicioris, ædes adorsi stomacho fameli-  
co, neq; inde nisi tota & illius domus re-  
formata, hoc est, omnia deuorata esset,  
non discedentes. Tales prophetas secu-  
lum nostrum amat & ueneratur, & im-  
postoribus istis etiam thesauros abscō-  
ditos monstrat, & impertit, ueris pasto-  
ribus interim fame & inedia pereun-  
tibus.

*De Figulo quodam.*

Figulusquidam à Senatu uocatus,  
qui omnino iuriurandum negligebat,  
& contemnebat, nihil quam Christi iu-  
sum Matthæi 5 Capite perpetuò reso-  
nans

nans, nempe Vos autem ne iuretis omnino. In carcerem post longam admonitionem tenebrosum detrusus, in qua una nocte didicit uerborum Christi uestrum intellectum. idque etiam fatebatur, cum dimitteretur. Hypocrisis hac uia degeda, in lucemque protrahenda. Sancti illi isti homines hoc medio docendi, quo tandem ab erroribus desistant, & Deo gloriam reddant. Hincque hypocrisis illius patet, emit enim duas aedes, splendide diebus Dominicis uestitur, uaginæ inferiorem partem deargentatam more nobilium gerit, cum prius gladium abiecerat, uili uestitu indutus, & impexis crinibus obambularat. Et quum fornace construere soleret, incipiebat concionari, & mirabiliter uafricie explorare hominum ingenia, mores, et fidei articulos solitus est. Sicque multos decepit, qui iam deprehendunt illius animum superstitionem & uafrum, immo nugacem fuisse.

### De Balthassare Catabaptista.

Balthasar elapsus ex oppido Vualds huot

huot, Tiguri apud Viduam quandam  
subiit. Senatus ubi id rescivuit, suspica-  
tus hominem idem monstrum aliturū,  
quod reliqui Catabaptistæ, eo quod clā  
in urbem irrepisset, stringi hominem  
iubet, ac in praetorio libera custodia ser-  
uari. Post tertium uero quartum, aut ne-  
scio certò quem diem, iubet subito En-  
gelhardum, Leonem, Myconium, Seba-  
stianum, Megandrum, alios & me ades-  
se: ubi uenimus, exponunt qui è Sena-  
tu ad hoc cōstituti fuerant, Quomodo  
Balthassar dudum literas ad se dederit,  
quibus polliceatur se Zwinglii suis scri-  
pturis superaturum de baptismo. Quid  
multa: Cōgredimur. Ibi obiicit homo,  
quod ante annos aliquot de Catechu-  
menis docēdis tradideramus in Libro  
sexaginta septem conclusionum, non e-  
nim intellexerat nos isthic in hoc esse,  
quod pueri etiamnum æque, atq; olim  
fidei rudimenta doceantur, quod ipse  
ad baptismum retulit, parum prudēter,  
quasi dixerim meum esse consilium, ut  
mos non tingendi infantes postliminio  
reduca-

reducatur, cum ego de more imbuendi  
 Pueros fidei rudimentis locutus sim.  
 Vbi se hac parte uideret errauisse, blan-  
 dulus fuit. Processimus post multam cō-  
 flictationem, in qua Testamentū illud  
 perpetuum agnoscere uoluit. Ventū est  
 ad Caput secundum Actorum, ex quo  
 probauit, Christianorum liberos inter  
 Princípia censos esse ad Ecclesiam, cūcī  
 multa responsaret, ad claram atq; diser-  
 tam responcionem eliciebam, ut diceret  
 an ne concederet pueros istos in Eccle-  
 sia fuisse, nec ne, ac ne quicquam om-  
 nia tentabam. Ibi ingenue fateor, cum  
 & istum locum 1. Corinthiorū primo,  
 Patres nostri omnes in Mosem bapti-  
 zati sunt et c. admouerem, ad compel-  
 lendum eum, ut agnosceret pueros con-  
 tineri, etiam si eorum nulla prorsus mē-  
 tio fiat: illecī nollet dicere, uel nō, uel e-  
 tiam, me uehementius inuexisse in ho-  
 minem, sed non alia re, quam quod ca-  
 tabaptismo suo miseros ciues suos tra-  
 xerit in dissidiū, quod iam ipsos perdi-  
 derit. Hoc ad magnum temporis modū  
 ubi

ubi durauit, sic homo redargutus ac superatus, artem nouam orditur, postulat ut Leo, Myconius, & Sebastianus sibi dentur, ut cum illis solis conferat. sperabat arrogans homo, istos ad se blandiloquentia sua petracturum. At ubi neque sic uidet procedere consilium, eosdem iterum impetrat, ac post multas uersutias huc descendit, ut dicat se recantaurū. Id autem Senatus non cogebat, nisi nō uoluisset ab urbe abire, nihil enim gruus statuebat in eos, qui Catabaptismi causam deserere noluissent, quam quod relegaret. Veniunt interim Legati imperatorij, postulantes hominem ad supplicium: qui eis breuiter negatus est per legem, qua cauetur, ut qui ob aliquam noxam ciuīs in neruum coniūciatur, ob eam solam reus fiat. Sic peccauit in hominem istum Senatus, defendit ab im- petitione Cæsarīs, tanquam ciuem. At hic succurrīt, eum fuisse in neruo, ante quam in liberam custodiam sit positus.

Vt cunct̄ res habeat, liber tum erat, cū congrederemur, diuq; postmodum in

præ

prætorio liber adseruatus fuit. Scribitur ergo reuocationis forma, nō ex præscripto Senatus, aut quoruncunq;, sed sua ipsius manu. Cumq; ipsam in templo, cui Abbatiae nomen est, prelegisset, finito sermone, quem nos ad populum habueramus, protinus abnegat reuocatio nem coram tota concione: occasionem que dicendi nactum esse putans, multa adducit contra baptismum infantium, & Catabaptismū munit. Hic fama constans fuit (sed ego diuinationē arbitror) clam eum hoc doctum esse, quo motus aliquis fieret. Spem enim habebant, me protinus absoluto sermone abiturum. Coniçcitur denuo in neruum, tenetur isthic mensem aut longius. Ibi tandem sic ait: Dicit se prorsus ignorare, quod reuocationē uiciauerit: ac si aliter sit locutus, quam promiserit, se aliquid à dæmone passum esse. Continuat nouam reuocationem, nos ad amicos ubiq; ad currere, orare, ut misericordia homini impertiatur, deturq; Senatus. Datus est offerentiq; sese ad palinodiam, decre-

sum

tum per misericordiam, ut disertam reuocationem faciat, qua facta, ocius est inibus facessat. Hic ego, ego inquam, Engelhardum, Leonem, Megandrū, Coepi scopos adeo ac oro, ut pro homine precibus uelint apud Senatum nobiscum intercedere, nam si protinus post reuocationem ejiciatur, periculum immittere homini, tam ab Heluetijs nostris, quam a Cæsare. Audiuimus Senatus preces nostras, ac post reuocationem, quam ex animo facere simulabat, quum nihil minus esset, spaciū latendi immerenti dedi, donec occasione inuenta, tutus abiire posset. Qua data, per Senatorem quendam, uirum in Euangeliō Christi fidelissimum, a legatus est clam, ut eius abitionem ne ciues quidem senserint. Vnde mi Petre, quo candore simus hominem prosecuti, quaç per fidia nobis responderit. Nam ut primum Constantiam uenit, apud ministros uerbi sic nos calumniatus est, uictoriamq; suā de Catabaptismo iactauit, ut nesciam an nullos in odium nostri traxerit, tam incautius

sunt

sunt quidam ad hypocrisis deprehensione. Nos omnia dissimulauimus. Abies bonos istos viros sic mouit, ut decem aureis eum donauerint: quū ipse plus auri secum, aut cum uxorcula habeat, quam omnes isti argenti. Sic abutitur nostra simplicitate, qui pietatis simulatioē que stum faciunt. Verum quod homo iste, usque adeo me proscindit, mirum nō est, uidit enim ab initio nos ab illius animo ac moribus abhorre. Nos dexteritate spectamus in homine, ac mediocritatis studium. In eo autem homine (falli cupio) nihil quam immoderatam rei gloriecē sitim deprehendisse uisus sum ipse mihi, proinde suscep̄ deq̄ facio quicquid iste in aure alijs de nobis susurret. Hoc certe dubium non est, eū Comici istud impleturum esse. Hac nō successit, alia aggrediamur. Extinguat omnipotens celesti rore hunc aestum gloriae, qui in cordibus quorundam feruet.

*De Hetzero.*

Hetzerus doctus in Diuina scriptura,  
e ra,

ra, præcipue Hebraicæ linguæ diligens  
perscrutator, Cōstantiæ decollatus pro  
pter nefanda scelera, quæ non sunt dicē  
da, ne aures piorum offendātur. Cōtra  
xit multa coniugia, scortator egregius  
fuit, domos uiduarū deuorauit pulchra  
hypocrisi, quæ nummatum eum reddi  
derunt. Sectas uarias conformauit, non  
semel reuocauit, &c.

*Hemerobaptistæ, Epiphanius.*

*Libro i. to. i. cap. 17. fol. 17.*

Ad has porrò consequitur hæresis  
Hemerobaptistarū appellata, nihil qui  
dē ab alijs euarians, sed eadem cū Scri-  
bis ac phariseis sentiens, non tamen so-  
lum adæquata Sadducæis inmortuorū  
resurrectione, sed etiam in credulitate,  
& alijs. Hoc autem præcipuum hæc se-  
cta habet, quod & in uere & autumno,  
in hyemeq; & æstate semper quotidie  
baptizatur, unde & cognomen Heme-  
robaptistarum accepit. Sensit enim, al-  
ter non posse hominem uiuere, si non  
quis singulis diebus in aqua mergere  
tui,

## ERRORIBVS LIB. I.

33

tur, ita ut abluatur ac, sanctificetur ab omni culpa. Cæterum & aduersus hāc ipsam ex uno dicto nobis submersio cōtinget, quoniam incredulitatis apud ipsos magis quam fidei ratio habetur. Redarguit enim ipsos conscientia ipsorum, dum quotidie baptizātur, tanquā spes hesternæ diei apud ipsos mortua sit, fidēc̄ ac sanctificatio. Si enim per unū baptismā procederent, considerent profectiō huic, uelut uiuenti & immortali in æternum. Quando uero hodie quidē lauantur, nō corporum ablutionis gratia, sed propter peccata, cras uero rursus lauantur, pronunciant præteritum heri baptismā mortuum esse. Si enim nō pri dianum mortuum esset, postera die nō alio opus habuissent ad purificationem peccatorum. Et si omnino non abstinent à peccando, putantes quod purgabit assidue singulis diebus peccātes, uana est ipsorum opinio, & uanum & frivolum est eorum studium. Neq; enim Oceanus, neq; omnia fluēta, ac maria, fluuijēc̄ perpetui, ac fontes, universa c̄-

imbrifera natura in unum congressu,  
peccata delere posset, quandoquidem  
non iuxta rationem, neq; ex præcepto  
Dei fit. Pœnitentia enim purificat, et u-  
num baptisma per mysteriorum nomi-  
nationem.

*Ex Epiphanio fol. 467  
de Aetianis.*

Quin & in ampliorem insaniam de-  
lati ipsius sunt discipuli, & horum suc-  
cessor Eunomius quidam falso appel-  
latus, qui adhuc hodie superest in uita  
magnum & temerarium flagitium. Re-  
baptizat enim iam baptizatos, non so-  
lum eos qui ab orthodoxis & sectis a-  
Ihs ad ipsum ueniunt, sed etiam eos qui  
ab ipsis Arianis. Rebaptizat autem ip-  
sos in nomen Dei increati, & in nomen  
Filiij creati, & in nomen Spiritus sancti  
ficiat, & à creato filio creati. Quo ue-  
ro tota nequitie & orchestræ ac scenæ  
ipsorum officina conspiciatur, quod non  
est fides, quæ ab ipsis prædicatur, sed fe-  
rè dixerim mimonum officina, affirmarū  
quidam

quidā, quod in caput baptizat eos, qui ab ipso rebaptizantur, pedibus sursum uersis, et capite deorsum. Et sic per iusū randum cogit ipsos iurare, ut ne resiliat à tali hæresi ab ipso instituta.

### *De Conuentionibus Ca- tabaptistarum.*

Conuentiones Catabaptistæ damnant, ut cum in urbium curijs honestissimè conuenitur: semper enim inueniuntur, qui hominum audaciam arguant. Atq; mirum est eos hic obmisisse, quod alias post prima semper obiectabant, in curijs s̄epe homicidia esse facta, quasi eadem non saepius in foro & agro acciderint. In agrum igitur & forum cōueniendum nō esset? Ad ecclesias item profectiones damnant, id autem ea uerborum forma, quasi uotiuas istas profectiones, quales olim instituebamus ad idolum, quod Laureti est, Aquis, Oetinge, atq; alijs locis, intelligent, cum tamē statutas certis diebus ad ecclesias profectiones damnent. Hæ dolent eis, malūt

enim istas, ubi aut multi in syluam aliquam conueniunt, nocte potius quam die, ut cum deinde per densas tenebras puellis & matronis paulo formosioribus est domum palpitandum, spirituallia connubia consumant carnali copula. Aut ubi duo uel tres in hominis paolo habitioris edes conueniunt, edunt, garniunt, captiuas mulierculas abducunt, ac deinde reliqua, quae tu uix cogitare audes faciunt. Hac uenatione multo maiorem prædam inueniunt, quam si in Ecclesiarum concionibus audirent ipsorum auditores, quae contra doctrinam eorum sunt. Quis enim stultas tum puellas tuæ fœminas, et uiros agricolas ac simplices ab huiusmodi lupis tuebitur, quum nūquam aperte grassentur, neq; Apostolorum more primum ad synagogas ueniant, & doctrinæ suæ fontes ex scriptura aperiant? Sed ubi per menses aliquot apud male feriatum aliquem delituerunt, & familiam uniuersam non tantum errore, sed scortatione quoq; contaminarunt, iam tandem aliqua parte adparerunt, cumq;

cumq; ad doctrinæ suæ rationem postulantur, ipsi auolant, atq; implumes pullos milvio relinquunt. Ideo abhorrent à Christi tum uerbo tum instituto, qui & dixit, In occulto locutus sum nihil, & præcepit, Ut quæ in aurem audirent, prædicarent super tecta. Hic mihi uerpos uide. Nacti ergo ex uillis aliquot hominum, in tecta quoq; ascendunt, & cornicatur se nunc iimplere, quod Christus dixit, Prædicate de tectis, &c. Cūq; uiator aut lictor de longinquo prospicitur, demissa cauda faciunt, quod uul peculam apologi narrant. Iam ciuitates quoq; damnant, cum non uideant Paulum hac una se exceptione à violentia seruauisse. Num obscurū ultra est, quod in hoc uno sunt, ut omnia misceant, omnem tum amicitiam tum coniunctionē soluant? Quis quo minus ciuis sis, unquam uetus?

*Catabaptistarum alacritas  
in tormentis.*

Quod capti exultant, quod alacres

& cum laude Dei mortem obeunt, id de-  
mum ita exaggeras, ac si haec (etiam si fi-  
ant) doctrinam eam ueram, aut eorum  
facta bona esse arguant ac probent. Hoc  
si euincas, consequetur & furtum & la-  
trocinium facta esse iusta & bona, nam  
illi cruce et rota dum plectuntur, patien-  
ter saepe ferunt, & insuper Deum bene  
dicunt ac laudant. Quis tamen insanus, qui  
non intelligat ita colligi non posse? Hic  
torquetur, plectitur, et gratias agit, ergo  
iustus est & sanctus. Quod si quis con-  
tendat hoc consequi, hic dare cogitur,  
Iudaeorum religionem sanctissimam, immo  
hanc solam ueram esse, quum nemo per-  
tinacius in morte usque pro religione sua  
perduret Iudeis. Quot putas fuisse ha-  
reticos, qui constantissime mortem ob-  
ierunt, testantes sanguine suo se uera do-  
cuisse? An non saepe latrones & prodi-  
tores, qui digna morte multantur, mor-  
dicus innocentiam suam usque ad ultimum  
spiritum tuentur & clamant? Non er-  
go pertinacis istius hominis & despera-  
tissimi causa iustificata est coram Deo?  
Quis

Quis non intelligit hoc esse peorem,  
quo à pœnitentia & confessione magis  
abest?

*Catabaptistæ a quibus uocati  
ad concionandum.*

Catabaptistæ non à Deo sunt missi,  
sed libido eos impulit, & impudens au-  
dacia. Quæ nam faciunt miracula? Nisi  
forte hæc miracula sint, quod sanæ ac  
piæ mentis homines ad insaniam redi-  
gunt, & dementes faciunt, quodç sim-  
pliciū pernas salitas & suspensas in car-  
nario inuisibiles reddunt. De eruditio-  
ne quid sperandum? Vbi inscitia & (ut  
ipſi loquuntur) simplicitas docentiū, sum-  
ma eruditio est. Taceo plerosq; esse inter  
eos, qui uix legere, ne dicam, omnino nō  
hilegere norint. An non tales nouitij  
illi sunt, quos Paulus reiicit? Sed huic-  
modi homines illi præficiunt, qui per to-  
tam uitam Biblia ne uiderunt quidem,  
sententias duntaxat quasdam non ri-  
te intellectas tenentes, quas illi undecū-  
que corrasas aut suffuratas, uel à duci-

## 38. DE CATABAPTISTARVM

bus suis haustas ad cōtentionem suam  
 maledicentia sua detorquent. Et hi qui  
 dem inter simplices stant , Patrem cōle-  
 stem & Sp̄itū subinde ingeminātes.  
 Quibus tandem nominibus illos appel-  
 lare conuenit mi Simon: Apostolos uo-  
 care non possum , quum à Deo nō sint  
 missi. Deinde non prædicant in eis lo-  
 cis, ubi de Deo adhuc nihil prædicatū  
 est, sed ubi populus per fideles Mini-  
 stros diu, multoq; labore uiam ueritatis  
 est edocitus, ibi isti irrumpunt temere, o-  
 mnia uastantes, omnia peruerentes, &  
 uelut procella aut tempestas concitan-  
 tes omnia, simplicem plebeculā ita per-  
 plexam reddentes , ut nec finem nec ini-  
 cium norint. Prophetas si quis uocet, is  
 nihil aliud facit, quam si suem aulœdū  
 dicat. Linguarum enim omnium egre-  
 gie sunt ignari adeò, ut contemnant c̄  
 tiā, Germanica tantum contenti. Do-  
 ctores si uoces, docendi artem planè ig-  
 norant. Ad hæc ueritate, quę potissima  
 in doctore requiritur, sunt destituti. Sed  
 forte Episcopi uolunt dici aut pastores,  
 et

Iam

Iam quæro quis eos ad episcopatum elegit? Cur præstissimis illis donis, quæ Paulus in Episcopo requirit, adeò carēt, ut sint indocti, pugnaces, contentiosi, rudes, neophyti? In summa nihil habet, quod ad docendi munus attinet. Ex his ergo colligere licet, Catabaptistas tales esse, qui sese miserint, perplexos, tumultuosos, contentiosos, & ambitiosos hæreticos.

### *Astutia mira Catabaptistarum.*

Catabaptistarum bona pars, domos, uxores, liberosq; deserunt, & quum à Deo uocati non sint, sese tamen omnibus obtrudunt, & confundunt omnia. Irrebit alius istorum in familiā aliquā prædiuitem, in cœtu simplicium & idiotarum incipit legere quædam ex novo Testamento, idq; tantisper, dum ad rebaptizandum uentum est. Hic iam re baptizatus, ad inobedientiam & omne genus contumaciae instituitur, & ad contentiones & rixas armatur. Mox incipit odisse ecclesias, ministros conuicij incesse

incessere, magistratus damnare, negare  
census & decimas, pueros ad baptismū  
non admittere, disputationem institue-  
re, quomodo omnium facultates sint o-  
mnibus communes, iuslurandum nec  
præstare, nec præstitum seruare. In sum-  
ma sic omnia nouāt, ut magistratus co-  
gatur in eos inquirere. Porrò quum de  
erroribus adpellentur, quidam negant,  
quidam in errore quamlibet edociti con-  
tumaces manent, & in exilium mittun-  
tur. Quidam abnegant errorem, & pa-  
linodiam canunt, mox pœnitentia du-  
cti, iuramenti præstiti & promissorum  
immemores, rursus ad ingenium rede-  
unt, et ad uomitum, ut inquit Petrus, de-  
sertis domo, uxore, liberis, incertis sedi-  
bus uagantur, errorem suum serunt u-  
biqz, & infinitos seducunt, quemadmo-  
dum & ipsi seducti sunt. De censibus et  
decimis coram simplicibus & bonis ui-  
ris multa garriunt, non deberi illa ex iu-  
re diuino. Diuites nō esse Christianos,  
nisi facultates suas in commune ponāt.  
Dic Simon, hæc ne uocatio ex Deo est?

Hos

hos à Deo uocatos et missos dices, quos arrogātia, pertinacia, cōtentio, hæresis, contumacia, perfidia, tumultus patrijs sedibus pellit: Taceo, quod alios bene institutos seducūt, falsa spe ac si decimæ & census dandi non essent, lactant, Interim illorum bonis, ut fuci apum labore saginantur. Relinquunt enim artifacia & officia sua, et à laboribus cessant, que neq; didicerunt, neq; sciunt docere præsumentes. Hi omnes bonis uiris oneri sunt, quos grauant, quorum bona absunt & deuorant, nū mosq; extorquēt, ut sectæ suæ confortes foueant.

Sunt inter hos uiri robusti, qui non ita dudum domus & agros possederūt, honestis rationibus & laboribus uictū quārentes. Iam ociosi in horreis rusticis iacent post sepes, post fornaces cum libellulis suis, similes illis quos Vagantes olim uocabant. Labor illorum est, ut negocium facessant et tumultum, litera, & uana expositione. Alij cochlearia exculpunt, aut ex uiminibus canistra texunt: alij aliud nugantur, ne cessare à labori-

## 62 DE CATABAPTISTARVM

boribus uideantur, ne ociose uiuere dicatur. Quod si omnia (quod tu putas) communia essent, quātulo tēpore tua, quantumuis magna ab his fucis absūpta uideres? Conqueruntur interim se sedibus suis iniuria pulsos, apud suos libenter esse, sibi id per magistratus minime licere. Sed se ipsi pepulerunt contumacia sua, sibiq; suo iumento malum aduexerunt, ē quo si seriō studerent se se extricare, cītissimē possent. Sed se paſcunt ex alijs, falsa religionis specie se uēditantes. Quid aliud olim monachi fecerunt, qui de Rosario Mariano tantisper nugabantur, donec farcimina tua, pefsones ac pernas in mantica sua haberēt, te uana speludentes. Sic illi multa pollicentur, præstare nihil possunt.

*Dæmones saluari & impios.*

Catabaptistæ & hoc docent, tam de monē quā impios omnes beari. Qui igitur nobis æternam damnationemominantur, nisi mergamur? Vide ut illorum dogma constet. Dum morimur,  
sicut  
dor.

dormiemus usq; ad ultimum diem : isto  
deinde iudicio absoluemur. Sublati sūt  
igitur inferi, gehenna, ignis inextingui-  
bilis, flamma quæ zizania in manipu-  
los colligata lābet. Sed docti sunt Leo-  
lam , id est in æternum, Hebraicam uo-  
cem non significare æternitatem inter-  
minabilem: qua in re perinde faciunt at  
que in omni. Vnum aliquid cum didi-  
cerunt, iam quæ aut ignorant, aut uide-  
re nolunt, auersantur ac rejciunt. Habe-  
ant igitur sic Luc; primo, Et regnabit  
in domo Iacob in æternū. Dicite, an hic  
in æternum, accipiatur pro aliquot secu-  
culis? Aliud testimonium Matth. 25. Di-  
scidite à me maledicti in ignem æternū,  
qui paratus est diabolo & angelis eius.  
Dicite hic, quādo finem sit ignis iste ha-  
biturus, si eternum semper seculare tem-  
pus est. Quot, quæso, secula erunt, cum  
seculum hoc finitum erit, ut dicere pos-  
sitis, aliquò usq; duraturum esse ignem,  
ac deinde extinctū iri? Sed quid rogo?  
quasi uero aliud dicatis, quam quod ua-  
nissimum est. Tu itaq; lector audi. In ul-  
timo

timo isto iudicio, post quod nullum aliud erit, post quod nullū seculū erit, sed mera æternitas, dicturus est Christus. Discedite hinc à me in ignem æternum. Quem ergo finem habebit hoc, quod non inuenire nullum potest? Nam si illi hic æternum temporarium esset, quod fieri nullo pacto potest (tunc enim dicitur omne tempus) iam & beatorum salutis esset temporaria. Sed stultus stulta loquitur.

*De Cutzio Anabaptista.*

Cutzius Vuormaciensium peruerteri dogmatis seminator, cum animadueteret suum dogma paucis probari, clam aufugit Argentinam, ubi captus & in vincula coniectus. Cum quo Scriptorum collationes non semel habitæ à doctis viris, ob uarios errores, quos etiam scheda publice diuulgarat. Quid proficerint suis inhortationibus, palam est.

*Decretum contra Catabaptistas, Anno 1530.*

Numerus retinctorū ingens, nescio

in qua sylua deprehensus à Grieningeris  
sibus, duo ex illis submersi, octo reuoca-  
runt. Quidam diu in carcere detenti, da-  
to spacio unius mensis ad colligendum  
animum, an uelint recantare, agnosce-  
recepit suum errorem. De quibus lata erat  
sententia, eos si omnino palinodam ca-  
nere recusarent, esse submergendos.

### *Catabaptistarum arma.*

Mundani magistratus armantur æ-  
re atq; ferro, Catabaptistæ hypocrisi &  
maledicentia, mendacijs, iniuria, dissi-  
dio, perfidia, pernicie, & uerbo diaboli,  
ut per omnia suas illis dotes obprobriæ,  
pro his quas sibi tribuunt.

### *Eras. in Libro de Amabili concordia Ecclesiæ.*

Quis autem malus genius effascina-  
uit infelices Anabaptistas? Nam audio  
hos errore falli, magis quam incitari ma-  
licia, ut ad istum modum in proprium  
ruant exitium. Non sufficit illis baptis-  
mus, qui mille quadringentis annis suf-  
fecit Ecclesiæ catholicae? Nam tempo-  
ribus

## 66 DE CATA BAPTISTARVM

ribus Augustini tam uetus erat consue  
tudo tingere infantes, ut huius exempli  
autor ignoraretur, admodumque proba  
bile esset, ab ipsis Apostolis fuisse indu  
ctum. Quanquam enim non est expres  
sum in sacris Libris, quod Apostoli ba  
ptizarint infantes, tamē ex his sumitur  
non leuis coniectura, Paulus enim fate  
tur se baptizasse tres familias , Crispi,  
Caij, & Stephanæ. Et apud Philippen  
ses noctu baptizauit Carcerarium cum  
uniuersa familia. Et Petrus in Actis 10,  
baptizauit Cornelij non solum famili  
am, sed etiam cognatos ac necessarios,  
quos ille sub aduentum Petri conuoca  
rat. In his familijs probabile est fuisse  
nōnullos infantes aut pueros . Christus  
ait, Date Cæsari, quæ sunt Cæsaris. Et  
Apostolorum principes Petrus & Pau  
lus diligenter admonent, ut Christiani  
ciues obtemperet regibus , ac præfectis  
licet idololatriis. Volunt seruū baptiza  
tum fidelius etiam seruire hero suo, qui  
antea fecerat . & isti grauantur parere  
principibus eodem lauacro tinctis, ean  
dem

dem professis religionem? Dicuntur ex  
igere à suis rerum omnium communi-  
tatem. At ista quidem fuit aliquandiu  
temporibus Apostolorum in primor-  
dijs Ecclesiæ nascentis, ne tum quidem  
inter omnes Christianos. Nam latius  
propagato Euangeliō, nō potuit serua  
ri communitas, exitura uidelicet in se-  
ditionem. Hoc ad concordiam est accō  
modatius, ut rerum proprietas ac dispē  
sandi ius sit penes legitimos dominos,  
charitas uero faciat usum cōmunem.

*D. Capitonis de Anabapti-  
stis scriptum ex Commen-  
tarijs in Hoseam.*

His nostro seculo apud Germanos  
Anabaptistæ successerunt. Nocentio-  
res hostes Tigurina Ecclesia, quæ facile  
specimen patientiæ est, non sensit, & ta-  
men boni sunt inter illos, quos timoris  
Domini uirtus in eam fraudem perpu-  
lit, qui dum ad ueram Dei gloriā respi-  
cere cessant, minutis superstitionis im-  
pliciti, extra metam currunt, magis mi-  
f 2 seri

seri quām mali, donec ad gloriae Dei ue  
ram rationem contentiūs intendere co  
perint, sicut modo passim incipiunt.  
Atqui utilitas magna ad omnes ab eis  
Ecclesiæ redit. Cautior est plebs, Epis  
copi uigilatiores, ministeria omnia dex  
terius geruntur. Vbi non prædicatur  
adhuc Christus, tuta ab huiusmodi lue  
omnia sunt, sed peiore malo premūtur  
eo loci homines, nimirum fame uerbi  
Dei, quo prorsus carent, & in quo uita  
uerissime consistit, Deut. 10. Nam qui  
sub durissima tyrannide, cū Christi con  
fessione confirmant anabaptismum, si  
ne malitia peccant, si peccant, &c.

### *De Pastore Catabaptista.*

Quidam turbulenti ingenij homo,  
ex Anabaptistarum fece, Tiguri captus  
noctu, in medio duarum eiusdem sectæ  
muliercularum iacens. En probum &  
diligentem pastorem. Vber prouentus  
talium nebulonum quotidie hoc tem  
poris & captus & incarceratus, non so  
lum Tiguri, Sangalli, Basileæ, Bernæ,  
Argen-

Argentinæ, sed in inferiori Germania,  
& ferè in toto Christiano orbe caput ex-  
tulere. Nihil enim aliud (ni occursum fu-  
isset passim à pījs & doctis uiris) institu-  
issent, quam quod olim Romæ per ne-  
bulones quosdam, qui nocturna sacra  
celebrabant, de quibus T. Liuius De-  
cad. 4. Lib. 9. in hæc uerba habet. Grē-  
cus, inquit, ignobilis in Heturiam pri-  
mum uenit, nulla cum arte earum, quas  
multas ad animorum corporumq; cul-  
tum nobis eruditissima omnium gens  
inuexit, sed sacrificulus & uates: nec is  
qui aperta religione propalam, & quæ-  
stum et disciplinam profitendo, animos  
errore imbueret, sed occultorū antistes  
sacrorum. Initia erant, quæ primo pau-  
cis tradita sunt, deinde vulgari cœpta  
per uiros mulieresq;. additæ uoluptates  
religioni uini & epularum, quo plurissi  
animi illicerentur. Cum uīnum animos  
& nox, et misti foeminae mares, ætatis te-  
neræ maioribus, discrimen omne pudo-  
ris extinxissent, corruptelæ primum o-  
mnis generis fieri cœptæ: cum ad id quis

que, quò natura pronioris libidinis es-  
set, paratam uoluptatē haberet. Nec u-  
num genus noxæ, stupra promiscua in  
genuorum foeminarumq; erant, sed fal-  
si testes, falsa signa testimoniaq; & iudi-  
cia ex eadem officina exibant. Venena  
indidem intestinæq; cedes, ita ut ne cor-  
pora quidem interdum ad sepulturam  
extarent. multa dolo, pleraq; per uim au-  
destantur, occulebat uim quod præ ulu-  
latibus, tympanorumq; et cymbaloru-  
strepitu nulla uox quiritatium inter stu-  
pra & cædes exaudiri poterat. Huius  
mali labes ex Hetruria Romam uelut  
contagione morbi penetrauit. Primo  
urbis magnitudo capacior patentiorq;  
calium malorum ea celauit, tandem in-  
dicium hoc maxime modo ad Posthu-  
mum Consulem peruenit. P. Ebutius,  
cuius pater publico equo stipendia fe-  
cerat, pupillus relictus, mortuis deinde  
tutoribus, sub tutela Duroniæ matris et  
uitrici T. Semponij Rutili educatus fue-  
rat, & mater dedita uiro erat: & uitricus  
quia tutelam ita gesserat, ut rationē red-  
dere

dere non posset: aut tolli pupillum, aut obnoxium sibi uinculo aliquo fieri cupiebat. Via una corruptelæ Bacchana lium erat, mater Adolescentulum appellat, se pro ægroto uouisse, ubi primum conualuisset, Bacchis eum se initiaturā. Damnatam uoti Deūm benignitate ex soluere id uelle, decem dierum castimonia opus esse, decimo die cænatum, deinde pure lautum in sacrarium deducaturam. Scortum nobile libertina Hispala Fecenia non digna quæstu, cui ancilla assueuerat: etiam postquam manumissa erat, eodē se genere tuebatur. Huic consuetudo iuxta uicinitatem cū Ebutio fuit, minime adolescentis aut rei aut famæ damnosa. Vlro enim amatus appetitusq; erat: & maligne omnia præbentibus suis, meretriculæ munificentia sustinebatur. Quin eò processerat consuetudine capta, ut post patroni mortē, quia in nullius manu erat: tutore à tribunis & prætore petito, cum Testamentū faceret, unum Ebutium institueret hætedem. Hæc amoris pignora cum esset,

nec quicquam secretum alter ab altero  
haberent, per iocum adolescens uetat  
eam mirari, si per aliquot noctes secubu-  
isset, religionis se causa, ut uoto pro ua-  
letudine sua facto liberetur, Bacchis i-  
nitiari uelle. Id ubi mulier audiuit, per-  
turbata, dicit meliora, inquit, mori & sibi  
& illi satius esse, quam id faceret, et in ca-  
put eorum detestari minas periculaq;  
qui id susiſſent. Admiratus cum uerba  
cum perturbationem tantam adolescēs,  
parcere execrationibus iubet, matrem  
id sibi assentiente uitrico imperasse. Vi-  
tricus ergo, inquit, tuus (matrē enim in-  
simulare forsitan fas nō sit) pudicitiam,  
famam, spem, uitamq; tuam perditū ire  
hoc facto properat: Eo magis mirabun-  
do, quārentiç quid rei esset, pacem ue-  
niāmç precata deorum dearumq;, si co-  
acta charitate eius, silēda eūnciasset: an-  
cillam se ait dominæ comitem id sacra-  
rium intrasse, liberam nunquam eō ac-  
cessisse, scire corruptelarum omnis ge-  
neris eam officinam esse, & iā biennio  
constare neminem initiatum. Ibi mino-  
rem

rem annis 20, ut quisq; introductus sit,  
uelut victimam tradi sacerdotibus, eos  
deducere in locum, qui circumsonet u-  
lulatibus cantu q; symphonie & cym-  
balorum & tympanorum pulsu, ne  
vox quiritantis, quū per uim stuprum  
inferatur, exaudiri possit. Orare de-  
inde atque obsecrare, ut eam rem quo-  
cunque discuteret modo, nec se eō præ-  
cipitaret, ubi omnia infanda patienda  
primum, deinde facienda essent, neque  
ante dimisit eū, quam fidem dedit ado-  
lescens, ab his sacris se temperaturum.  
Posteaquam domum uenit, et mater mē-  
tionem intulit, quid eo die, quid dein-  
ceps cæteris, quæ ad sacra pertinerent,  
faciendum esset, negat eorum se quic-  
quam facturum, nec initiari sibi in ani-  
mo esse. Aderat sermoni uitricus, conse-  
stim mulier exclamat, Hispalæ concubi-  
tu carere eum decem noctes non posse,  
illius excetræ delinimentis & uenenis  
imbustum, nec parentis, nec uitrici, nec  
deorum uerecundiam habere. Iurgan-  
tes hinc mater, hinc uitricus cum qua-

euor eum seruís domo exegerunt. Adolescens inde ad Ebutiam se amitam contulit, causamq; ei cur esset à matre eius, etus narrauit: deinde ex autoritate eius, postero die, ad Cos. Posthumium, arbitris remotis, rem detulit. Consul post diem tertium ad se iussum redire dimisit, ipse Sulpitiam grauem fœminā, socrū suam percontatus est: ecquam anum Ebutiam ex Auentino nollet: Cū ea nosse probam, & antiqui moris fœminam respondisset, opus esse sibi ea conuenta dixit, mitteret nuncium ad eam ut ueniret. Ebutia accita ad Sulpitiam uenit, & Consul paulo post, uelut forte interuenisset, sermonem de Ebutio fratri eius filio infert. Lachrymæ mulieri oborta, & miserari casum adolescētis cœpit: qui spoliatus fortunis, à quibus minime operteret, apud se tunc esset, electus à matre: quod probus adolescēs (dij propitiū essent) obscoenis, ut fama esset, sacris iniiciari nollet. Satis de Ebutio exploratum ratus Cōsul, non uanum autorem esse dimissa Ebutia, socrum rogat ut Hispanam

Iam indidem ex Auentino libertinam non ignotam uicinię accerseret ad se, eam quoq; esse quæ percontari uellet. Ad cuius nūcium perturbata Hispala, quod ad tam nobilem & grauem fœminam ignara causæ accerseretur: postea quam lictores in uestibulo, turbamq; cōfusularem et Consulē ipsum cōspexit, pè exanimata est. In interiorem partem ædium abducta, socrū adhibita. Cōsul, si uera dicere inducere in animum posset, negat perturbari debere, fidē uel ab Sulpitia tali fœmina, uel ab se acciperet, expromeret sibi quę in luco Similę Bacchanalibus, in sacro nocturno solerent fieri. Hoc ubi audiuīt, tantus pauor, tremorq; omnium membrorum mulierē cepit, ut diu hiscere non posset, tandem confirmata, puellam admodum se ancillam initiatam cū domina ait, aliquot annis, ex quo manumissa sit, nihil quid ibi fiat, scire. Iam idipsum Cōsullaudare, quod initiatam se non inficiaretur, sed & cætera eadem fide expromeret, Neganti ultra quicquam scire, non ean dem

dem dicere, si coarguatur ab alio, ac per se fatenti ueniam aut gratiam fore, eum sibi omnia exposuisse qui ab illa audisset. Mulier haud dubie, id quod erat, Ebutium indicem arcani rata esse, ad pedes Sulpitiae procidit; & eam primo orare coepit, ne mulieris libertinem cum amatore sermonem in rem non seriā modo, sed capitalem etiam uerti uellet, se terrendi eius causa, nō quod sciret quicquā ea locutam esse. Hic Posthumius accensus ira, tum quoq; ait eam cum Ebutio se amatore cauillari credere, non in domo grauissimae fœminæ & cū Consule loqui. Et Sulpitia attollere pauentem, simul illum adhortari, simul irā generi lenire. Tandem confirmata, multū incusata perfidia Ebutij, qui optimi in eo ipso meriti talem gratiam retulisset, magnum sibi motum deorum, quorū occulta enunciaret, maiorem multitudinem dixit hominum esse, qui se indicem manibus suis discerpturi essent. Itaq; hoc se Sulpitiam, hoc Consulem orare, ut se extra Italiam aliquò amanda-

ren;

ret, ubi reliquum uitæ degere tutò posset. Bono animo esse iubere eam Cōsul, & sibi curæ fore dicere, ut Romæ tutò habitaret. Tum Hispala originē sacrotum expromit.

Primo sacrariū id fœminarum fuisse, nec quēquam virum eò admitti solitum, tres in anno statos dies habuisse, quibus interdiu Bacchis initiarētur, sacerdotes in uicem matronas creari solitas. Pacullam Miniam Campanam sacerdotem omnia tanquam Deūm monitu immutasse. Nam & viros eam primam suos filios initiasse, Miniū & Hennium Cerrinios, & nocturnum sacram ex diurno, & pro tribus in anno diebus quinos singulis mensibus, dies initiorum fecisse, ex quo in promiscuo sacra sint, & permisti viri fœminis & noctis licetia accesserit, nihil ibi facinoris, nihil flagitiij prætermissum, plura viorum inter se, quam fœminarū esse stuperari, si qui minus patientes dedecoris sint & pigriores ad facinus, pro uictimis immolari nihil nefas ducere, Hanc sum-

mam

mam inter eos religionem esse, uiros uel  
mēte capta, cum iactatione fanatica  
corporis uaticinari, matronas Baccha-  
rū habitu, crinibus passis, cum ardenti-  
bus facibus decurrere ad Tyberim, de-  
missasq; in aquam faces, quia uiuū sul-  
phur cum calce insit, integra flamma  
efferre. Raptos à Dijs homines dici,  
quos machine illigatos ex conspectu in  
abditos specus abripiant, eos esse, qui  
aut coniurare, aut sociari facinoribus,  
aut stuprum pati noluerint. Multitudi-  
nem ingentem, alterum iam propè po-  
pulum esse, in his nobiles quosdam ui-  
ros fœminasq;. Biénio proximo institutum  
esse, ne quis maior 20 annis initia-  
retur, captari ætates & erroris & stupri  
patientes. Peracto indicio, aduoluta rur-  
sus genibus preces easdem, ut se ablega-  
ret, repetiuit. Consul rogat socrum, ut  
aliquam partem ædiū uacuam faceret,  
quò Hispala immigraret. Cœnaculum  
super ædes datum est, scalis ferētibus in  
publicū obseratis, aditu in ædes uero.  
Res omnes Fecenæ extemplo transla-

& familia accersita, et Ebutius migrare ad Consulis clientem iussus. Ita cum indices ambo in potestate essent, rem ad Senatum Posthumius desert. Omnibus ordine expositis, quæ delata primo, quæ deinde ab se inquisita forent, patres pavore ingens cepit, cum publico nomine ne quid eæ coniurationes cœtusq; nocturni fraudis occultæ aut periculi importarent, tum priuatim suorum quisq; uicem, ne quis affinis ei noxæ esset. Cessuit autem Senatus gratias Consuli agendas, quod eam rem & cum singulari cura et sine ullo tumultu inuestigasset, quæ stione deinde de Bacchanalibus sacris, que nocturnis extra ordinem Consulibus mandat, indicibus Ebutio ac Feceniae ne fraudi ea res sit, curare, et alios indicies præmijs inuitare iubet. Sacerdotes eorum sacrorum, seu uiri seu fœminæ essent, non Romæ modo, sed per omnia fora & conciliabula conqueriri, ut in consulum potestate essent. Edici præterea in urbe Roma, & per totam Italiam edicta mitti, ne quis qui Bacchis iniiciatus

tiaſus eſſet coiſſe aut conueniſſe cauſa  
ſacrorum uelit, neu quid talis rei diuine  
ſeciſſe, ante omnia ut quæſtio de hiſ ha-  
beatur, qui coierint, coniurauerint ue-  
ro quo ſuprum flagitiuſum ueiſerretur.  
Hęc Senatus decreuit. Consules Aedili-  
bus curulibus imperarunt, ut ſacerdo-  
tes eius ſacri omnes conquirerent, com-  
præhensosq; libero conclauſi ad quæſtio-  
nem ſeruarent. Aediles plebiſ ſuidere, ne  
qua ſacra in operto fierent. Triumuiris  
capitalibus mandatum eſt, ut uigiliaſ di-  
ſponerēt per Vrbem, ſeruarētq; ne qui  
nocturni cōetus fierēt. Utq; ab incēdijs  
caueretur, adiutores Triumuiris quinq;  
uiiri, ut cīs Tyberim ſuāe quifq; regioniſ  
ædificijs præfeſſent. Ad hęc officia di-  
miffis magistratibus, Consules in roſtra  
ascenderunt. Et concione aduocata, cū  
ſolenne carmen precationis, quod præ-  
fari, priuſquam populum alloquantur,  
magistratus ſolent, peregiffet Consul,  
ita cœpit.

Nulli unquam concioni, Quirites,  
tam non ſolum apta, ſed etiam neceſſa-  
ria

ria hæc solennis Deorum comprecatio  
fuit, quæ uos admoneret, hos esse deos,  
quos colere, uenerari, precariq; maiores  
uestri instituissent, non illis, qui prauis  
& externis religionibus captas mentes,  
uelut furialibus stimulis ad omne scelus  
& ad omnem libidinem agerent. Equi-  
dem nec quid taceā, nec quatenus pro-  
loquar inuenio. Si aliquid ignorabitis,  
ne locum negligentē dem, si omnia nu-  
dauero, ne nimium terroris offundam  
uobis, uereor. Quicquid dixero, minus  
quam pro atrocitate et magnitudine rei  
dictum scitote esse. Ut ad cauendum sa-  
tis sit, dabitur opera à nobis. Bacchana-  
lia tota iampridem Italia, & nūc per Vr-  
bem etiā multis locis esse, non fama mo-  
do accepisse uos, sed crepitibus etiam u-  
lulatibusq; nocturnis, qui personant to-  
ta Vrbe, certum habeo, cæterum quæ  
ea res sit, ignorare: alios deorum aliquē  
cultum, alios concessum ludum & laſci-  
uiā esse credere: & qualecūq; sit, ad pau-  
cos pertinere. Quod ad multitudinem  
eorum attinet, si dixero multa milia ho-

82 DE CATABAPTISTARVM

minum esse, illico necesse est exterreamini, nisi adiunxero, qui qualesque sint. Primum igitur mulierum magna pars est, et is fons mali huiusce fuit. Deinde similimi foeminiis mares stuprati et constupratores, fanatici uigiles, uino, strepitibus, clamoribusque nocturnis attoniti. Nullas adhuc uires coniuratio, cæterum incrementum ingens uirium habet, quod in dies plures fiunt. Maiores uestri ne uos quidem, nisi cum aut uexillo in arce posito, comitiorum causa exercitus edictus esset, aut plebi Concilium tribuni edixissent, aut aliquis ex magistratibus ad concionem uocasset, forte temere coire uoluerunt, et ubi cuncta multitudo esset, ibi & legitimum rectorem multitudinis censebat debere esse. Quales primi nocturnos coetus, deinde promiscuos mulierum ac uirorum esse creditis: Si quibus etatibus initientur mares, sciatis, non misereat uos illorum solum, sed etiam pudeat. Hoc sacramento initiatos iuuenes milites faciendo censetis Quirites? His ex obsceno sacrario educitis arma comit-

mittenda: Hi cooperti stupris suis alienisq; pro pudicitia coniugum ac liberorum uestrorum ferro decernent: Minus tamen esset, si flagitijs tantum efforminati foret (ipsorum id magna ex parte dedecus erat) a facinoribus manus, mentem a fraudibus abstinuissent. Numquam tamum malum in repub. fuit, nec ad plures, nec ad plura pertinens. Quicquid ijs annis libidine, quicquid fraude, quicquid scelere peccatum est, ex illo uno sacrario scitote ortum esse. Nec dum omnia, in quae coniurauerunt, edita facinora habet, adhuc priuatissimis noxijs, quia nondum ad rem publicam opprimendam satis virium est, coniuratio se semper impia tenet. Crescit & serpit quotidie malum, iam maius est, quam ut capere id priuata fortuna possit, ad summam reipublicae spectat, nisi præcauetis Quirites. Iam huic diurnæ legitimè ab Consule uocatae pars nocturna cōcio esse poterit, nunc illi uos singuli uniuersos concionantes timet. Iam ubi uos delapsi domos & in rura uestra eritis, illi coierint,

consultabunt de sua salute simul, ac uestra pernicie, tum singulis uobis unius timendi erūt. Optare igitur unusquisque uestrū debet, ut bona mens suis omnibus fuerit. Si quē libido, si furor in illum gurgitem abripuit, illorum eum cum quibus in omne flagitium & facinus coniurauit, non suum iudicet. Ne quis etiam errore labatur uestrū quoque non sum securus, nihil enim in speciem fallacius est, quam prava religio. Vbi deorum numen prætenditur scelribus, subit animū timor, ne fraudibus humanis vindicandis diuini iuris aliquid immistum uiolemus. Hac uos religione innumerabilia decreta pontificū, Senatus consulta, aruspicum deniq; responsa liberant. Quoties hoc patrum auorumq; ætate negocium est magistris datum, ut sacra externa fieri uerent, sacrificulos uatesq; foro, circo, Vt be prohiberent, uaticinios libros cōquererent comburerentq;, omnem disciplinam sacrificandi, præterquam more Romano abolerent; Iudicabant enim pru-

prudentissimi uiri omnis diuinī huma-  
 nīcū iuris, nihil æque dissoluendæ religi-  
 onis esse, quām ubi non patrio, sed ex-  
 terno ritu sacrificaretur. Hæc uobis præ-  
 dicanda ratus sum, ne qua superstitione  
 agitaret animos uestros, cum demolien-  
 tes nos Bacchanalia, discutientesq; ne-  
 farios cœtus cerneretis. Omnia dijs pro-  
 pitijs, uolētibusq; ea faciemus, qui quia  
 suum numen sceleribus libidinibusq;  
 contaminari indigne ferebant, ex occul-  
 tis ea tenebris in lucem extraxerūt, nec  
 patefieri ut impunita essent, sed ut uin-  
 dicarentur et opprimerentur, uoluerūt.  
 Senatus quæstionem extra ordinem de  
 ea re mihi collegæq; meo mādauit, nos  
 quæ ipsis nobis agenda sunt, impigre  
 exequemur, uigiliarum nocturnarum  
 curam per Vrbem minoribus magistra-  
 tibus mandauimus. Vos quoq; equum  
 est, quæ uestra munia sunt, quo quisq;  
 loco positus erit, quod imperabitur im-  
 pigre præstare, & dare operam, ne quid  
 fraude noxiorum periculi aut tumultus  
 oriatur, Recitari deinde Senatus consul-

## 36 DE CATABAPTISTARVM

ta iusserunt, indiciq; præmium propo-  
suerunt, si quis quem ad se deduxisset,  
nomen ue absentis detulisset, qui nomi-  
natus profugisset, diem certam se finitu-  
ros, ad quam nisi citatus respōdisset, ab-  
sens damnaretur. Si quis eorum qui tū  
extra terram Italiam essent, nominare-  
tur, ei laxiorem diem datus, si uenire  
ad causam dicendam uellet. Edixerunt  
deinde, ne quis fugæ causa uendidisse,  
ne ue emisse uellet: ne quis reciperet, cā-  
laret, ope ulla iuuaret fugientes. Cōcio-  
ne dimissa, terror magnus Vrbe tota fu-  
it, nec mœnibus se tantū Vrbis, aut fini-  
bus Romanis continuit, sed passim per  
totā Italiam literis hospitū de Senatus con-  
sulto & concione & edicto Consulū ac-  
ceptis, trepidari cœptū est. Multi ea no-  
cte, quæ diem insecura est, quo in conci-  
one res palam facta est, custodijs circa  
partes positis, fugiētes à Triumuiris cō-  
prehensi & reducti sunt, multorum no-  
mina deleta, quidam ex ihs uiri fœminæ  
que mortem sibi consciuerunt. Coniu-  
rasse supra vii milia uirorū ac mulierū  
diceban-

dicebantur, capita autem cōiurationis constabat esse M & L, Catineos de plebe Romana, et Fuliscum, L. Opiterniū, et Minium Cerrinium Campanum, ab his omnia facinora & flagitia orta, eos maximos sacerdotes, conditoresq; eius sacri esse, data opera est, ut primo quoq; tempore comprehendenderentur. Adducti ad Cos, fassicq; de se nullam moram iudicio fecerunt. Cæterum tāta fuga ex Vrbe facta erat, ut quia multis actiones & res peribant, cogerentur prætores T. Mænius & M. Licinius per Senatū res in diem tricesimum differre, donec quæstiones à Cos. perficerentur. Eadem soli tudo, quia Romę non respondebat nec inueniebantur, quorum nomina deleta erant, coēgit Cōsules circa fora proficisci, ibiq; querere et iudicia exercere. Qui tantum iniciati erant, & ex carmine sacro, præeunte uerba sacerdote, precationes fecerant, in quibus infanda coniuratio in omne facinus ac libidinem continebatur, nec earum rerum ullam rem, in quas iure iurando obligati erant, in se

aut alios admiserat eos in vinculis relinquebant, qui stupris aut cædibus uiolati erat, qui falsis testimonij, signis adulterinis, subiectione Testamentorum, fraudibus alijs contaminati, eos capitali poena afficiebat. Plures necati quam in vincula coniecti sunt. Magna uis in utraq; causa virorum mulierumq; fuit. Mulieres damnatas cognatis, aut in quorum manu essent, tradebant, ut ipsi in privato animaduerterent in eas. Si nemo erat idoneus supplicij exactor, in publico animaduertebatur. Datū deinde Consulibus negotiū est, ut omnia Bacchanalia Romæ primum, deinde per totam Italiā diruerent, extra quam si qua ibi uetusta ara, aut signum consecratum esset. In reliquū deinde S. C. cautum est, ne qua Bacchanalia Romæ, ne ue in Italia essent. Si quis tale sacrum solenne & necessarium duceret, nec sine religione & piaculo se id omittere posse, apud Prætorem urbanum profiteretur, Prætor Senatum consuleret, si ei permisſū esset, cum in Senatu centum nō minus essent.

essent, ita id sacrum faceret, dū ne plus  
 quinqꝝ sacrificio interessent, neu qua pe-  
 cunia communis, neu quis magistratus  
 sacrorum, aut sacerdos esset. Aliud dein  
 de huic coniunctum, referente Q. Mar-  
 tio Cos. S. C. factum est, ut de ijs quos  
 pro iudicibus Consules habuissent, in-  
 tegra res ad Senatū referretur. Cū Sp.  
 Posthumius questionibus perfectis. Ro-  
 man redissent, Minium Cerrinium Cā-  
 panum Ardeam in vincula mittēdum  
 censuerunt, magistratibusqꝝ Ardeatiū  
 prædicendum, ut in intentiore eum cu-  
 stodia asseruarent, non solum ne effuge-  
 ret, sed ne mortis consilicendae locum  
 haberet. Sp. Posthumius aliquāto post  
 Roman uenit, eo referente de P. Ebu-  
 tij & Hispalæ Fecenīæ præmio, quod  
 eorum opera indicata Bacchanalia es-  
 sent, S. C. factum est, ut singulis his cen-  
 tena milia æris Quæstores urbani ex æ-  
 rario darent, utiçꝝ Cos. cū Tribunis ple-  
 bis ageret, ut ad plebem primo quoque  
 tempore ferrēt, ut P. Ebutio emerita sti-  
 pendia essent, ne inuitus militaret, neu e

Censor ei equum publicum assignaret,  
 utiq; Fecenę Hispalę datio, diminutio,  
 gentis enuptio, tutoris optio item esset,  
 quasi ei Vir testamento dedisset, utiq;  
 ei ingenuo nubere liceret, neu quid ei  
 qui eam duxisset, ob id fraudi ignomi-  
 niæ ue esset, utiq; Consules prætoresq;  
 qui nunc essent, qui ue postea futuri es-  
 sent, curarent ne quid ei mulieri iniurię  
 fieret, utiq; tuto esset, id Senatum uelle  
 & æquum censere, ut ita fieret. Ea om-  
 nia lata ad plebem, factaq; sunt ex S. C.  
 & de cæterorum indictum impunitate  
 præmijscq; Consulibus permisum est.

*Scortatio Valentianorum  
 sine peccato, Epiph. Lib.*

*1. To. 2. fol. 89.*

Erudiuntur enim in animalibus re-  
 bus animales homines, qui per opera et  
 nudam fidem confirmantur, & perse-  
 tam cognitionem nō habent, esse au-  
 tem hos nos, qui ab Ecclesia sumus, di-  
 cunt. Quapropter etiam nobis bona o-  
 pera necessaria esse pronunciant, aliter  
 enim

enim impossibile est saluari. Seipsoſ ue-  
rō nō per opera, ſed propterea quod ex  
natura ſpirituales ſunt, penitus & om-  
nino ſaluari docent. Quemadmodum  
enim terreum, impossibile eft particeps  
fieri ſalutis, nō enim capax eius eſſe ipsiſi  
dicūt, ſic rurſus ijdē impossibile eſſe uo-  
lūt, ſpirituale corruptionem uſcipere,  
in quibuscunq; tandem operationib; uerſentur. Quo enim modo aurū in cœ  
no depositum non amittit pulchritudi-  
nem ſuam, ſed propriam naturam con-  
ſeruat, coeno nullam iniuriā auro infe-  
rente, ſic etiam ſeipſoſ dicūt, in quibus-  
cunq; materialib; actionib; uerſen-  
tur, minime lædi, neq; abiijcere ſpiritu-  
alem ſubtantiam. Quapropter ſanè etiā  
interdicta omnia intrepide, qui perfe-  
ctissimi ſunt faciunt, de quibus Scriptu-  
rae affirmant, quod facientes ipta regnū  
Dei nō poſſidebūt. Etenim quae ſimula-  
chris dicata ſunt, indifferenter edūt, ne-  
que inquinari ab ipliſ putantes. Et ad  
omnes festiuas gentium delicias, ad ho-  
norem ſimulachrorum fientes, primi cō-  
ueniunt,

ueniunt, ut aliqui ipsorum neque à spectaculo apud Deum & homines odioso, eorum qui cum feris depugnant, & gladiatoriā artem in hominum cædere exercent, abstineant. Alij etiam uoluptatibus carnis ad satietatem inferuientes, carnalia carnalibus, et spiritualia spiritualibus attribui dicunt. Et quidam ex ipsis mulierculas, quæ clandestinè ab ipsis hac doctrina erudiūturi, corrūpunt, uelut sæpiissime ab aliquibus ipsorumceptæ, & postea ad Ecclesiam Dei conversæ fœminæ, etiam hoc ipsum cum reliquo errore confessæ sunt. Alij palam omnī pudore exuto, quascunq; amauerint fœminas, eas à maritis auulſas sibi uxores duxerūt. Alij rursus modeste ab initio, uelut cum sororibus se habitare simulantes, progressu temporis deprehensi sunt, prægnante sorore à fratre facta. Sed & alia multa detestanda ac impia facientes, nobis qui propter timorem Dei etiam cogitatione ac uerbis peccare cauemus, insultant, uelut idiotis, & nihil scientibus.

*De Scortatione mirabilis hi-  
storia ex Epiphanio Libro 1.*

*Tomo 2. folio 40.*

*De Gnosticis.*

Diuersa est enim apud ipsos peruer-  
sa uoluptatis ipsorum doctrina. Primū  
equidem communes uxores habent, &  
si quis peregrinus accesserit de ipsorum  
dogmate, signum est apud ipsos uirorū  
ad foeminas, & foeminarum ad uiros, in  
extendendo manum, ad salutationē ui-  
delicet, subter palmam, cōtrectationem  
quandam titillationis per hoc se induce-  
re ostēdentes, quod eiusdem religionis  
sit, qui accessit. Hinc igitur mutua cog-  
nitione accepta, statim ad epulationem  
conuertuntur. Larga uero & opipara  
edulia, carnis esum, et uini potum appo-  
nunt, etiam si pauperes fuerint. Ex hoc  
autem ubi compotarunt, & uenas (uti-  
ta dicam) satietate impleuerūt, ad œstrū  
se conuertunt. Et uir quidem concedēs  
uxorem alteri ad ipsā dicit, Surge, fac di-  
lectionem cum fratre, Miseri autem illi,  
ubi

ubi inter se mixti fuerunt, & reuera erubesco dicere turpia quæ apud ipsos fiūt, iuxta Apostoli illius sancti dictum, nēpe, Quæ apud uos fiunt, turpe est etiam dicere. Attamen nō erubescam dicere, quæ ipsis facere non erubescunt, ut omnibus modis horrorem in cutiam audi entibus turpia, quæ ab ipsis perpetrantur facinora. Postquam enim inter se permixti fuerūt per scortationis affectum, insuper blasphemiam suam in cœlum extendunt. Et suscipit quidem muliercula, itemq; vir fluxū à masculo in proprias suas manus, & stant ad cœlum intentantes, & immunditiam in manibus habentes, et precantur nimis Strati tici quidem et Gnostici appellati, ad patrem, ut aiunt, uniuersorum offerentes ipsum hoc, quod in manibus habet, & dicunt: Offerimus tibi hoc donum corpus Christi, & sic ipsum edunt, assumētes suam ipsorum immunditiam, & dicunt, Hoc est corpus Christi, & hoc est pascha. Ideo patiuntur corpora nostra & coguntur confiteri passionem Christi. Eodem uero modo etiā de foemina,

ubi contigerit ipsum in sanguinis fluxus  
esse, menstruum collectum ab ipsa im-  
mundicie, sanguinem acceptum in cō-  
muni edūt, & Hic est, inquiūt, sanguis  
Christi. Quapropter etiam cum in A-  
pocryphis legerint, Vidi arborem feren-  
tem duodecim fructus in anno, et dixit,  
mihi, hoc est lignum uite, Ibi figuratē in-  
terpretantur ad fluxum muliebrem sin-  
gulis mensibus fientem. Porrò ubi inui-  
cem coēunt, liberorum generationem  
auersantur, & interdicunt. Nō enim ad  
generandam sobolem corruptio apud  
ipsoſ instituta est, sed uoluptatis gratia,  
diabolo illudente talibus, & seductam  
errore Dei creaturam subsannante. Ve-  
rum uoluptatem quidem perficiunt, in  
ſeipſoſ uero assumunt ac ingerunt im-  
mundicieſ ſuæ ſemina, non ad liberorū  
generationem deiſcientes, ſed ipſi turpi-  
tudinem edentes. Si uero etiā quis præ-  
occupatus fuerit, ut immittat deiectionem  
defluxus naturalis, & prægnans  
facta fuerit mulier, quid grauius ac hor-  
ribilius deſignent tales, audi. Detracſū  
enim foetum, quoconq; tandem tempo

re id aggressi fuerint, accipiūt, et in mortario quodam pistillo tundunt, & amixto melle & pipere, & alijs quibusdā aromatis ac unguentis, ad auertendam nauseam, sic congregati omnes pororum ac canum horū sodales, partícipes fiunt contusi pueri, atq; sic humanæ carnis esu peracto, deinceps preces fundūt ad Deum, quod non illusum est nobis (inquiunt) à príncipe concupiscentia, sed collegimus delictū fratris. Et profecto hoc perfectū pascha ducunt. Sed et alia horrenda ipsi audent. Quum enim rursus insaniam in seip̄lis conceperint, imbutis manib⁹ turpitudinis suæ defluxu, surgunt, & manus suas inquinatas habentes, nudi toto corpore precantur, tanquam per huiusmodi operacionem inueniant dicendi apud Deum libertatem. Corpora autem sua, tum multe ebria, tum uirilia noctu ac diu curant unguentis, balneis, epulationibus, con cubitibusq; & ebrietatibus uacantes. Et detestatur iejunantē dicentes, quod non oportet iejunare, Principis enim eius

elus qui seculum fecit, est iejunium. Verum oportet nutriti, ut corpora sint robusta, quo possint fructum reddere in tempore suo.

Deinde paulo post dicit.

Quidam uero ex ipsis mulieribus ad coitum non utentes, proprijs suis manibus seipso corrupti, & suam corruptionem in manus sumunt, & sicut dunt, utentes ementito testimonio. Manus haec suffecerunt non solum mihi, sed & his qui mecum sunt. Et rursus hoc, Operantes proprijs manibus, ut possitis etiam non habentibus impetriri,

Deinde etiam adiungit.

Imò etiam decipiunt credulum ipsis muliebre genus, illud peccatis referunt, & uarijs cupiditatibus ductum. Dicunt enim deceptis ab ipsis, Illa uirgo tot annis corrupta est, & quotidie corruptitur, nullam enim satietatem ipsorum lascivia habet, sed quanto magis quis apud ipsis turpia operatur, tanto plus laudatur. Illas autem uirgines esse dicunt, quae nūquam in mundana commixtio

h ne

58 DE CATABAPTISTARVM  
ne nuptiarum, iuxta naturalem consuetudinem fuerūt usq; ad seminis deiectionem, sed coēuntes semper ac scortātes. Verum anteaquam absoluta sit uoluntas, remouentes maleficum communioneis ipsarum corruptorem, & relatā turpitudinem in cibum sumentes, ad similitudinem improbitatis ipsius Selon erga Thamar, & quæ à trinitate hanc artem didicerunt, ut corrumpantur quidem, non suscipiat autem corruptionis mixturam ac defluxum.

*De Puella anabaptistica,  
Anno 1540.*

Famula non inelegans, sacerdoti cōfugato inseruierat sesquiannum diligēs ministerium, nimirum ab Anabaptistis subornata, ut uitā, mores, et doctrinam concionatoris exploraret, eumq; deferret, si quid uel egisset, uel locutus esset perperam. Illa Pythagoricas leges in omnibus ferē rebus tam serijs quam ioco sis strenue seruabat, dixitles angelū fuisse, & Castitatem ipsam. Accidit autē ut

uir quidam (cuius scortum fuerat ad an-  
nos aliquot, dum catabaptismo inhæ-  
serat) peregre proficisceretur cum uxo-  
re sua, quæ hostis perpetuus fuerat Ca-  
tabaptisticis mulierculis, quæcꝫ noue-  
rat facie sortillum illud. (Nam in mul-  
tis eam offenderat, non modo maritum  
seducere, cum quo concordissimè uixे-  
rat, eamqꝫ suo amplexu priuare, sed etiā  
bonis externis spoliare, omneqꝫ malum  
intentare solita) forte fortuna qđes sacer-  
dotis pr̄eteriret, ipse ignorans ubi nam  
lateret scortū illud, & famula illa occur-  
reret, urceo pr̄edita ad hauriendum a-  
quam. Maritus uisa illa subpalluit, pro-  
pter uxorem lateri illius adhærentem, et  
parū declinauit ē uia, ne agnosceretur.  
Sed illa, ut fit, cum suppuduerunt puel-  
læ, clamitat post illum. Salve, inquit, bo-  
ne uir, unde uenis, quò tendis, quid ne-  
gocij habes? Quur ita properas me anti-  
quam famulam, nō agnoscis? Es ne im-  
memor omnium beneficiorum exhibi-  
torum, nullum habeo amplius locum  
in corde tuo anime mi, pr̄sidiū & dul-

## 500 DE CATABAPTISTARVM

ce decus meum; Et cum maritus ne uer  
bulum loqueretur, neq; respiceret, sibi  
male rei conscientius, uxor restituit maritum  
intuens, ira parum accensa. Quæ nam  
est, inquit, quæ post nos clamat iam dul  
cia & meretricia uerba. Certe est Cata  
baptisticum scortum, quod te diu lacta  
uit cum dispendio rerum domesticarū.  
Et eo dicto, nā agnouerat facie scortū,  
retulit pedem, arripuitq; famulam illā  
crinibus, & in terrā prostrauit, inflicti  
cultro extracto multis uulneribus, eāq;  
cum indignatione semianimē reliquit.  
Maritus auxilio erat famulæ, quantum  
poterat, nam timebat uiciniā illā, quæ  
accurrerat ad tale spectaculum. Sic p<sup>r</sup>  
lam factum est famulam istā ( quæ ferē  
singulis diebus dominicis ferta puellari  
se ornabat, indiciū de se præbens, ut mo  
ris est, solidę uirginitatis ) anabaptismo  
fuisse pollutā, cū fratribus scelestis hinc  
inde oberrasse, ad annos aliquot ocium  
amasse, corpus tenerū libidine consue  
ta prostituisse, spirituale connubium in  
iisse, Ita nouit satanæ filia se transfigu  
rare.

rare in angelum lucis, castitatem uendere, bonis sese congregare, non ut emendator aut castior fiat, sed ut ignem haec hypocrisi accendat, omnia secreta exploret, quæ contra ministros ecclesiae etiam minutissima possint esse, tandemque fratribus suis ea de prædicare, rhetorico que more quædam adiçere, quæ plausibilia uidetur, quo contéptiores sint uetri Dei ministri apud illos, qui tamen habentur pro cõtemptissimis. Imò ita uerbum Domini spernitur his satanicis do lis & suggestionibus. Proinde sic existimare debetis ô fidelia pectora, post hominum memoriam, rem nullam maiorem, magis periculosam, magis ab omnibus uobis prouidendam, neç à papa suscepitā, neç ab Episcopis defensam, neç ad ullos doctos esse relatā. Agitur enim nihil aliud in hac hæresi, quam ut nullus sit posthac in ecclesia ordo, nulla bonorum consensio contra improborum furorem & audaciam. Tollūt Christianum magistratum. Turcæ resistere nolunt, imò ne latronibus quidem. Cō-

cionatoribus p̄ijs oblatrant, nō sine ma-  
xima offensione infirmorum. Insinuat  
se mirabili astutia in amicitiam & diui-  
tū et simplicium, quo rete extenso , au-  
cularum instar pios capiant, perfida se-  
cta polluant, ad interitum ducāt. Quod  
etiam famulæ isti contigit , quæ & se tā-  
dem, quī peccatum obijceretur, impu-  
dēti ore ausa est defendere , dicereq; car-  
nem peccasse, non spiritum . Dominū  
ea externa parum curare, quum saluus  
sit spiritus et impollutus. Ex corde enim  
exeunt malæ cogitationes , non ex car-  
ne, necq; ex corpore. Vide insaniam isto-  
rum improborum hominum, & que sit  
illorum spurca doctrina expende . Do-  
minus nos liberet ab ihs insanis docto-  
bus , quib; iusiurādum iocus est, erab;  
ista effrenata audacia, quæ sua impudē-  
ti licentia florentissimas respub. eueret  
funditus, nisi fontes autorum clausi fue-  
rint. Sunt homines, quos perfidiæ sura-  
ae infamiae necq; pudeat, neque tēdeat.  
Quos enim solent commoucre, ad sua-  
que castra trahere; Opifices & taberna-  
rios;

rios, rusticum & simplicem populum, foemellas quarum aures pruriunt, atq; omnem illam ciuitatum & agrorū fecē, quibus facile labia adulatoria & lingua magniloqua imponunt. Amant enim ocium, quod seminariū est omniū malorum. Cupidi sunt rerum nouarū, proprium quid uolunt in religionis negocio habere, quo laudētur ab alijs. Simulant sanctimoniam, & Bacchanalia uiuant. Dominus conseruet nos ab istis subdolis hominibus.

*Cerinthi hæretici dogma se-  
quitur, de quo Euseb. Libro 3.  
ecclesiasticae Historiae Capi-  
te 28.*

Et quia erat uentri & gulæ & libidi ni deditus ea futura decernebat, quæ si bi propria libido dictabat. Ventris eorum quæ sub uentre sint, incitamenta, cibis, potibus, nuptijs prædicabat ex plenda.

*De Tornatore quodam, rusticano  
homine, insigni Catabaptista.*

Is quum propter multa periuria publico in iudicio iam iam damnandus, trepidè, stipatus lictoribus, & funibus constrictus, eo in loco, ubi fontes ante tribunal collocantur, adstabat, omnem lapidem mouit, ut liberaretur. Sententia enim lata communiuoto, postquam literæ, quæ illius perfidiam adsignatam habebant, perlectæ erant, ut capite plecteretur. Miser Iudices, in terram poplitibus flexis, ut peccatis & erroribus illius, quos non ex seipso excogitasset, ignoscant rogans, se deinceps ita uitam emendaturum, ut Ecclesiæ Basiliensi decus, & proximo suo exemplum futurus sit memorabile. Ex inscitia non mirū, quia simplex & rusticanus homo, se errasse, multosq; ipse seductus seduxisse. Si uite spaciū concederetur, se plus uelle illis prodesse, quos à religione uera in articulis baptismatis, cœnæ dominicæ, & alijs dogmatiis quibus autores illius sectę induant, abduxerit (ea enim loca se aditurū, in quib prædicarit, et deceptos sua falsa doctrina admonere, ut ab errore cū ab ip-

Ipsò imbibito, tū ab alijs, desistat) quām  
si capitali poena afficeretur. Et cum lu-  
dices hærerēt stupidi, & quidnā respon-  
dendū ad hanc petitionē dubiū esset, Oe-  
colampadius pastoris ueri officiū agēs,  
ē dēsa turba, quę imminebat ceruicibus  
Iudicū, ut moris est, sese (nā eius rei gra-  
tia accesserat cum diacono finem huius  
sententiæ expectaturus) extricabat, ac-  
cessit augustum Iudicum confessum,  
preces alta uoce fundens, conciliumq;  
Senatorum alloquens pro salute illius  
hominis, quem in carcere consolatus e-  
rat his uerbis. Si reuocaret errorē suū, in  
quem lapsus esset, aut ex ignorātia scri-  
pturarum, aut ex hypocrisi, ut alicuius  
existimationis apud simplices esset, aut  
ut ocīari hoc prætextu commodius pos-  
set, Senatum cum Iudicib; benignos  
habitum, non seueros, non crudeles.  
Nec enim sanguinem innocētum, imō  
ne nocentum litire, sed emendationē,  
resipiscētiam, & utilitatem Ciuitū quæ-  
rere, & sāpe etiam ad uitia enormia cō-  
niuere, non ut amet uitia, sed ut uitia de-

signata cognoscantur, & emendentur,  
cum & iustus septies in die cadat. Hac  
autem qua erat facūdia præditus ad lu-  
dices depromebat uerba. Clarissimi, &  
quissimi, prudentissimiq; Iudices, Chri-  
stiana potestas, percipite, quæso, diligē-  
ter, quæ dicam, & ea penitus animis ue-  
stris mentibusq; mandate. Optime iu-  
dicastis, iuxta leges communes egistis,  
sententia pia lata est de Catabaptista il-  
lo, qui iam ducta poenitentia, misericor-  
diā implorans adstat. Neq; sermo meus  
huc tendit, ut aut aliquid potestati ue-  
stræ in iudicando, aut damnando aut li-  
berando derogare, aut sententiæ latæ,  
quam nemo pius culpabit, detrahere,  
aut malis & facitorolis ansam peccan-  
di, aut temere agendi dare, aut Cataba-  
ptistico errore patrocinari uelim. Absit  
hoc. Solum supplici prece adpello uos  
væquissimi iudices, orocq; pro illius ho-  
minis salute. Sancle enim illud promisi,  
assiduo precū impulsu admonitus, quæ  
gratia et consolandi & instruēdi in car-  
cere, ut moris est, heri accesserā. Hocq;  
eo

eo libentius facio, quum opus sit miseri cordiae, quemadmodum à Christo Ser uatore nostro in Matthæi Euangelio e docti sumus, non desperans de uestra benignitate, clementia, & misericordie affectu, quem erga quosuis etiam nocē tissimos geritis. Reliquis Catabaptistis in bonū hoc cedet absq; dubio, qui ad huc obstinato sunt animo & dura cerui ce, ut & ipsi tandem, uiso hoc spectaculo, resipiscant, & conuertantur ad Dom inum, relictis opinionibus nocentissi mis, nefandissimisq;. Quod si ex tanto numero iste unus tolletur, uidebimini fortasse ad breue quoddam tempus cu ra & metu esse releuati, periculum autē residebit, & erit inclusum penitus in ue nis atq; in uisceribus Ecclesiæ. Ut saepe homines ægri, morbo graui, quū æstu febriq; iactantur, si aquam gelidam bi berint, prius releuari uidentur, deinde multo grauius uehementiusq; afflitan tur. sic hic morbus, qui est in Catabap tistica factione, releuatus istius poena, uehementius uiuis reliquis ingrauescat.

Huic

Huic igitur ignoscēdum , quo ceteri in  
medium producantur agnito errore ex  
animo resipiscant . Nihil aliud , ô Chri-  
stiani iudices . Deus sit testis , his meis pre-  
cibus , quām ut clementiam uestram , &  
mitigatam sententiā experiar , hic quā-  
ro , non meam laudem uel gloriam , nō  
meum commodum uel utilitatem , sed  
Dei & Ecclesiae , quam isti dissiparunt  
suis erroribus . Non eget quidem moni-  
tore uestra perspicacissima prudentia ,  
sed tamen quoniam expertus sum mul-  
tum conducere ad aequitatis iudicium ,  
si monitor suo officio in tempore fūga-  
tur , præcipue in poenis infligendis , ob  
errores imbībitos de Christiana religio-  
ne . Et bene iudicatum est , nemoq; pius  
eam sentētiā improbabit , attamen pī  
magis ad misericordiā pronī , quām ad  
executionem iustitiæ . Eam ob causam  
huc accessi , orationem quam apud uos ,  
non ornatam rhetorico schemate , sed  
uulgarem , ab omnibus perceptibilem  
habeo propter illum , qui ad benignita-  
tem uestram , ad clementiam confugit ,  
suam

suam uitam deinceps emēdaturus, abie  
ctis erroribus & ijs, quæ ecclesiā Dei of  
fendere et peiorem reddere possent. Ne  
que postulo, ut uestra celsitudo habeat  
rationem uel mei officij uel ætatis meæ,  
aut meritorum meorum erga ecclesiā,  
non fauoris quem semper gessi erga ci-  
uitatem istam, quæ ab quo mihi patria  
est, eis scio me plurimis officijs obligatissi-  
mum. Tantū hoc admoneo prudentiū  
uestram, ut prospiciatis, negotiumq; il-  
lud bene perpedatis, nō ut unū, ut dixi,  
cum multis perdamus, si obstinatus in  
errore manserit, sed ut unus cum mul-  
tis seruetur, in religione Christiana ite-  
rū instruatur, à qua mira calliditate quo  
rundam nebulonum in uaria schismata  
illectus & abstractus. Hoc erit ingens  
gloria uestro ordini, reipublicæ Basili-  
ensi. Dignus hic homo, ob multa pec-  
cata, quæ commisit sciens & uolens, fa-  
teor, supplicio & graui quidem, cū pro-  
pter errores uarios, in quibus & deten-  
tus & constrictus fuit, tum propter ex-  
emplum, ut simplices his auditis deter-  
rean-

reatur, dignus ut spiculatoris in manus tradatur. Quum autem humanū sit errare, & praeципue in articulis fidei, & satan mira sua calliditate saepe etiam prudentissimos decipiāt, in errore quādetineat adamantinis uinculis, uerum si quis errorem agnoscit, eum coram Ecclesia fatetur, peccata sua deplorat, illi etiam misericordia non deneganda, & commissum condonandum. Nam & paulus Corinthiū, agnito peccato consolatur, ne immodico dolore absorbeatur. Et ut tandem finiam, obsecro, obtestor que uos Iudices prudentissimi, nomine omnium Christianorum (multos, quā hæc diceret, uidisses humidos & stillantes oculos alto suspicio detergere) nomine omnium fratrum, qui uestri sunt ministri salutis, ut hominis istius erroribus & peccatis ignoscatis, & meam orationem, qualitercum effusam boni consolatis, quæ nihil quam gloriā Christi, uestram laudem, omnium fidelium consolationem quærit. Iudices auditis his, responderunt post breuem consultacionem,

Nem, se uelle Senatui prudentissimo,  
die postero exponere, quidnā hac ora-  
tione efflagitasset, cuius sit aut liberare,  
aut condemnare. Et sic discessum est, dā  
natusq; in carcerem iterum ductus.

Cæterum quum hæc agerentur, Ca-  
tabaptisticus homo innixus gradibus  
lapideis in prætorio, considerans non  
tam hoc spectaculum perculso animo,  
quām preces à pio pastore pro damna-  
to adhibitas, dixit libere & alta uoce.  
Et ego deceptus fui blādiloquētia quo-  
rundam nebulonum, ut nomen darem  
catabaptismo, sed ignorantia Scriptura-  
rum, quas callide ad suum institutū de-  
torserant, in causa fuit. Iā prudentior fa-  
ctus agnosco errorem, cauebo mihi de-  
inceps ab istorum & cōuentu & doctri-  
na. Consultatum hac de re. Tandē post  
longam consultationem in eam senten-  
tiā itum est, si palinodiam canere uel-  
let, eamq; ex animo depromere, tūc Se-  
natū, qui non sanguinem Ciuium si-  
tiat, sed salutem, uelle poenam eam, quā  
ferre ob suas turbas, quas consciuerat,

de-

III DE CATABAPTISTARVM

deberet mitigare, immo omnem culpar  
re missorum, liberumque sine omni ig-  
nominia ad uxorem & liberos domum  
reducturum, quo ipse et reliqui seduci-  
per errores quosdam, ex animo resipis-  
cant. Promisit id se facturum, gratiasque  
immensas Senatui egit.

Ne autem Tornator iste, alias insig-  
nis deceptor, more consodalium ageret,  
qui quin reuocare recitatoremque suos erro-  
res deberet, eo in loco, ubi predicassent,  
et apud eos, quos deceperissent, non modo  
id non faciebant, sed etiam quod peius est  
mendaci ore suam sectam laudabant, et  
confirmabat longa oratione, se libera-  
tos e rectu leonum & ursorum, non per  
clementiam Senatus Basiliensis, sed an-  
gelum ad se missum a Domino esse, qui  
vincula ruperit, carcerem aperuerit, co-  
cionarique iusserit. Callidoque, inquam, Tor-  
natori additi sunt lictores, qui in man-  
datis habebant ne dimitteretur, nisi fa-  
cta reuocatione iuxta praescriptum teno-  
rem. Reuocat ridetim ore in Ecclesia, pra-  
sentibus multis. Sed quid dicam, postea  
sce-

Icelestiorem, obsoeniorē, et magis perfictæ frontis hominem nemo unquam uidit. Iactabat se coram suis, cum probitati studeret, religioni sanæ adhæreret, persecutum fuisse, tum cum sceleribus, inundet, potet usq; ad mane summum, scortetur, choreas ducat, à nemine corrip̄i. Sed mendaciter omnia effutiebat. Ita satan suos ducit in profundum peccatorum, ut nunquam ad cognitionem Dei exactam, nunquam ad ueram resipiscientiam ueniant. Ita solitus est callidissimus hostis per hos Senatum Christianum corā simplicibus uilipendere. Subest causa, hypocrisis, quæ prius detinuit hominem, quantus quantus fuit, in ipsa perditionis uia. Sicq; etiam interijt miser homo in ipsis peccatis, non solum perpetuus aduersarius ministrorum Verbi catholicæ ecclesiæ, sed etiā errorum defensor, catabaptisticæ hæresis exufflator, seminarum malitiæ, pelagus malorum. Dominus nos ab illis custodiat peruersis hominibus.

i De

*De Basiliensi Tornatore deploranda historia, 1543.*

Tornator, ipsa auaritia, amissa uxore formosula, quæ anabaptismo egrie imbuta, quem reliquis mulierculis sedulo, & cum magna confidentia, festi uis diebus, ocium nacta inculcauit, euque audaci animo, uario uerborum lenocinio defendit, multasq; ita inescavit, ut ad insaniam usq; his erroribus, quibus hoc hominum genus infectum, adhaeserint, quæ tandem immatura morte obiijt, horrendum de se spectaculum præbens. Nam ad quintum in lecto facuit diem tamquam truncus, oculis aperitis, & ne uerbulum proferens etiam admonita. Hocq; exēplo Dominus maritum admonere sui erroris absq; dubio uoluit, sed nihil effecit Diuina clemencia apud illum. Tornator, inquam, incidit post uxorius mortem in phantasiam, quasi apud nos, quibus purum Domini uerbum prædicatur, iuxtaq; illud uere ex liberalitate Senatus permittitur, quod

quod multis denegatum, salutem adsequi, & perpetuae hæreditatis filius esse non possit. Morauiam animo somniās & ore perpetuo sonans, in qua multitudo Catabaptistarum est, imò putida colluies in hūc locū ex uarijs nationibus confluxit, in qua quicquid uolunt, agūt & credunt. Dabunt principi huius pruinciae tandem & suum præmīum, hoc est, omnino totam illā regionem rebellem, seditionis & inobedientem faciēnam hoc ferè ubiqꝫ locorum specimen dedere. Monasterienses exemplo sīnt. Iactitauit miser ille ad multas dies, se nō amplius Basileę mansurum ob multa remora, paradisum fratum piorum queriturum. Accidit autem, cum iuramentum annū in tribū sua more solito nō iurasset, se enim ex industria aliud negotiū subitum hoc temporis confingens, reuersus à contribulibus suis uocatus, ut more consueto sacramento se obliget, iussus, uerū id manib⁹ & pedibus detrectauit. Ipso autem iurare nō lente, ac omni impudentia renuente, de

mandatum illi ut craftina die coram amplissimo Senatu adsit, suæ inobedientię rationem daturus. Præsto fuit hora consueta, uocatus in augustum senatorij ordinis confessum, & à Consule clarissimo blādo sermone allocutus his uerbis. De tua inobedientia & effrenato animo, quæ exaudimus, dissimulare non possumus. Iactantur enim uoces de te, quę quidem nunc primum ad aures nostras peruererunt, quod nobis uehemētissime dolet. Nam iuramento te nobis & alijs conciuibus obligare omnino renuis. Morauiam, terram tibi ignotam, Turcicis tumultibus uicinā, relicta matre & liberis, inuisere, ut nobis est dictū, deliberasti. Et cur tantum itineris insulmare, destituta matre iam senio confecta & tremula, constitueristi? Hoc non est filij probi signum. Dein pueros, quos Dominus tibi dedit, à religiōe Christiana abalienare conaris, eosq; sectarijs & factiosis hominibus adiungere, uera horrendum est exemplum. Domesticam rē pro

probe auxisti, blanda fortuna es usus, et  
iam dic, obsecro, totus à nobis alienatus  
es? Aquo spiritu hoc imbibisti, quē pro-  
phetam domī habuisti, qui id consilij in-  
stillauit, & tibi & tuis in maximum de-  
trimentum cedens? Quò inclinat mens  
& sententia tua, dic nobis, idq; libere.

An non noui & veteris Testamenti  
scripta nobis quotidie à Concionato-  
ribus nostris, abiecta saliuia humanarū  
constitutionum & sophisticis argutijs,  
proponuntur, in qua uera salutis uia, ue-  
ta reconciliatio patris coelestis ostendit-  
tur? Neq; aliud nomen nobis datū sub  
celo, in quo saluos fieri oporteat, quam  
Iesu Christi, quē perpetuo in omnibus  
declamationibus sedulo nobis inculcat.  
Ad seruandū legem Dei inhortamur,  
charitatis fraternæ ne negligentes si-  
mus, admonemur. Certe nihil aliud do-  
cuerūt sancti Apostoli. Respōdit Ana-  
baptista, Hæc est causa meæ abitionis.  
Iuramentum à me exigitis, quod & pre-  
stare contra Christi præscriptū cogor.  
Nolo itaq; omnia mala à Deo experiri,

meçp cum liberis in periculum coniçere propter iuramentum. Similiter etiam arma gestare, belligerare, si opus foret, & homines interficere iniçtum, quod nec facere uolo, nec Christianum est. Obiectum illi, Si armis careres, quo instrumento, si fur nocturnus effringeres fores tuas, aut latro gladio te aut fuste in sylua dësa peteret, defendere uelles? Permitteres ne furem omnia tua tollere, libereçp supellectilem exportare? Aut illi auxilio esse uelles, quo eo citius suū futum absolueret, seçp ipsum, ne depræderetur, in angulum aliquem protiri? Dixit miser hypocrita, Nequaquam me defenderem, quia noui Dominum me defensurum, qui numerauit capitulos capitum mei. Quicquid illi placet, fiat. Prædestinationi obstinatus omnia tribuebat, & ea quæ illi adiuncta sunt, adhærentçp, omnino negligebat. Praecipita te ô miser per fenestram in platea, & dic, Dominus uoluit, me seruabit, ne offendam ad lapidem corpus, cum habeas gradus per quos commode descenderet.

dere poteris. Satan consiliarius tuus est,  
nō Deus, neq; illius uerbum. Media no-  
bis data à Deo, quibus utendum, ne ui-  
deamur Deum tētare. Ita malignus ho-  
minibus istis, sibi multum placentibus  
pulchra specie imponit. Conscientiam  
miseram, ne dicam impiam & consele-  
ratam, hic homo habet, quod hac in re  
clarissimum fiet. Anno elapso domum  
emerat magno precio, & ut hanc corra-  
deret pecuniam, die noctuq; laborabat,  
tam festis quam profestis diebus, cōcio-  
nes nullas aut raro audiens, imò contē-  
nens, sacramentorū, coenæ Dominicæ,  
& baptismi parvorum osor. Licet ob  
timorem suos pueros ad Ecclesiæ fores,  
ut baptismo imbuerentur, curarit defer-  
ri, aut fortassis alias habuit causas, quas  
ipse nouit. Accidit autem, quod uendi-  
tor domus pecuniariū egens, ab ipso ad  
hibitis precibus peteret pecuniam eam,  
quā tenebat dare post duos menses, pro-  
mittens se remissurum aureos aliquot, si  
hoc temporis numeraret. Catabaptista  
lætus adnumerauit, non integrum pe-

cuniam, sed aliquid detraxit ob pauxilium temporis, nullam conscientiam habens, quum fraudaret fratrem, quem forfassis pro fratre nō habebat. Enī purum illius hominis animū & religiosum, ab omnibus affectibus liberum. Putas tu illum salutem animæ tam anxie, quem admodum prætēdit, cogitare? Audiuit, aut ipsemet uidit, nihil uolo hic certi affirmare, nā peregrinatus est ad aliquot hebdomadas in Morauia, fratres suos libere uiuere, sine omni magistratu, matrimonia spiritualia inire, omnem libidinem exercere, carnis uoluptates perficere, omnia communia esse, sine omni cura omnes uiuere. Hancq; libertatem externam amant hæc ab Ecclesia cotholica membra dissecta, in qua tandem suo maximo malo peribunt, dissipabuntur que. Nam Deus hanc pestem radicitus tādem extirpabit. Ad rem redeo. Postquam multis & uarijs argumētis inhibatus est, quo à proposito suo desisteret, matris piæ curam gereret, liberos in Evangelica doctrina institueret, probè et absq;

absq; offendiculo uiueret , consuetudinem iurandi, quemadmodum reliqui cives, quibus eadem cura salutis atq; ipsi, non negligenter. Et ut nihil querimoniae habere posset, date sūt illi 14 dies, in quibus colligere animum suum, Deumq; inuocare, qui optima cōsilia instillat ue re inuocātibus, deberet . Sicq; dimissus à prudenti Senatu domum, & mox omnia subhastauit, auctionemq; publicam instituit, abitum parauit. Adiit autē p̄cipuos Concionatores, cum illis colloquium instituens , sed non potuere hominem ulla admonitione blanda seu se uera emollire . Abiit itaq; infaustis aibus ad sentinam omnium malorum, in qua & peribit absq; dubio , nisi in gremium matris Ecclesiæ reuersus fuerit.

*De Nobili quodam, 1543.*

Nobilis, antiquo stemmate gaudēs, hoc anno peste correptus obiit, catabaptistis mirum in modum fauēs, strenuus ceremoniarum & antiquae Ecclesiæ defensor. Qui cum ualde ægrotaret, &

**62 DE CATABAPTISTARVM**

ab adstantibus admoneretur, iam mortis periculum instare, medicinam nihil operari, Deo ut moris est Christianoru, se reconciliaret, & sacerdotem ad se uocaret, cui peccata sua confiteretur. Vix finis admonitionis impositus erat, inquit ægrotus, Quid mihi rei cum illo ne quam, scortatore & pessimo homine est, ne illum ad me ducatis, si salutem animæ meæ cogitatis, aut desideratis. Mirum, ab illo enim ad annos aliquot missam audierat summa religioe, sacra menta perceperat, subditos suos obneglectas cæremonias punierat, Verbi ministros contempserat, & iam in ipso mortis agone, illorum consolationem respuit, quos hactenus summo in precio habuerat, coluerat que tanquam Deos. Obsecro, quæ causa? Verum Dominus, qui uerus futurus est Iudex, omnia committenda.

*Aliud Exemplum de anabaptistico nobili.*

*Syncerus quidam uerbi Dei minister,*

ster, contra Anabaptistas scripturæ locum, de iuramento Magistratū præstādo cum fusissimè tractaret, fontem omnīs mali esse retinētionem illam, popūlūm̄p̄ inhortans ne isto ueneno serpētino inficerentur, ne illis aures, qui omnē statum & ordinem cum Ecclesiæ tum reipublicæ turbarent, præberent. Hoc autem male habebat Nobilem quendā, cuius nomen libens prætereo, à Catabaptista, quem domi souebat ob nouitatē doctrinæ seductum, qui pastorem è rostro projcere, pugnisc̄p̄ bene cedere conabantur. Et ni defēsus à probis uīrt̄s, catholicæ ecclesiæ alumnis, non sine sanguinis effusione, finis huic tragœdię impositus fuisset, adeo enim exacerbata erat utraq̄ pars. Mirabile Dei iudicium hic apparet. Diabolicos ministros, falsos prophetas, uinolentos & sanguinarios homines amat hoc hominum genus, ad conuīcia, ne dicam blasphemias, conniuent. Pios, fideles, probos Ministros odio habent, execrantur, interficiuntque. Hoc non est esse nobilem,

leui, uirtutes nobilem faciunt, non diuitiae, non antiqua progenies, &c.

*Contra Catabaptistas, Io. Oe.*

Temeraria & arrogans plane vox quorundam mihi uidetur, ab ipsis Apostolorum temporibus usque ad nostram ætatem nihil Christianismi fuisse, & nunc tandem colligendam Ecclesiam. Scriptura utique contradicit, uolens regnum Christi non corrumpendum, & regnum eius alteri non relinquendum. Illi damnant, & ē regno Christi ejiciunt, plus quam mille annorum generationes. Quid enim aliud faciunt Catabaptistæ, rebaptizari urgentes, quam quod inficias eum quo pueri tinti sunt, ad regnum Christi non pertinere. Cui periculo tot milia obijciuntur sanctorum. Nec autem inde est, esse peccatores, esse errantes nunc in Ecclesia & regno Dei, & aliquanto tempore non fuisse Ecclesiam, à quo per Apostolos à Christo fundata. Non condemnamus, etiam si quos peccatores derimus, & minus eruditos in lege. Cōdem-

demnamus autem anabaptismum, si ut  
res necessaria in his, qui pueri baptizati  
sunt, exigatur. Neque enim sic regnum  
Christi in spiritu erit, ut propterea mini-  
steriū uerbi, scripture, baptismi, coenæ &  
Dominicæ ceremoniæ superuacaneæ  
sint, nam & hisce uti uoluit Christus us-  
que in diem aduentus sui. Sic enim de  
coenæ ritu dicit, Quotiescunq; mandu-  
cabitis panē hunc, & calicē Domini bi-  
betis, mortem Domini annūciabitis, do-  
nec ueniat. De usu autem Verbi, Quo-  
modo credent, nisi antea audierint? De  
baptismo autē ac martyrio, Qui credide-  
rit, ac baptizatus fuerit, saluus erit. Cor-  
de creditur ad iustitiam, ore autem fit cō-  
fessio ad salutem. Omnia igitur alio-  
rum regnorum gloria comminuetur, &  
obscurabitur, illius autem gloria nō ex-  
cidet, non obscurabitur, sed permane-  
bit in secula.

*Aliud dogma, 57. 3.*

Cum loquuntur de habitu dilectio-  
nis, fingunt homines Spiritū sanctum  
per opera mereri, non docent per uer-  
bum

bum accipi, sicut hoc tempore Anabaptistæ docent. At cum Deo non potest agi, Deus non potest appræhendi nisi per uerbum. Ideo iustificatio fit uerbo, sic Paulus inquit, Euangeliū est potestia Dei ad salutem omni credenti. Item, Fides ex auditu.

*Aliud Dogma de baptismo.*

Confitemur, quod baptismus sit necessarius ad salutem, & quod pueri sint baptizādi, et quod baptismus puerorū non sit irritus, sed necessarius & efficax ad salutem. Et quoniam Euangeliū præ ac diligenter apud nos docetur, Dei beneficio hunc quoq; fructum ex eo capimus, quod in Ecclesijs nostris nulli extiterunt Anabaptiste, quia populus uero Dei aduersus impiam & seditionem factionem illorum latronum munitus est. Et cum plerosq; alios errores Anabaptistarum damnamus, tum hūc quoque, quod disputant baptismum paruum inutilem esse. Certissimū est enim, quod promissio salutis pertinet etiā ad par-

paruulos, neque uero pertinet ad illos,  
qui sunt extra Ecclesiā Christi, ubi nec  
uerbum, nec sacramenta sunt, quia reg-  
num Christi tantum cū uerbo & sacra-  
mentis existit. Igitur necesse est baptiza-  
re paruulos, ut applicetur eis promissio  
salutis, iuxta mandatum Christi, Bapti-  
zate omnes gētes. Vbi, sicut offertur o-  
mnibus salus, ita offertur omnibus bap-  
tismus, Viris, mulieribus, pueris, infantib-  
us. Sequitur igitur clare, infantes ba-  
ptizandos esse, quia salus cum baptis-  
mo offertur.

Secundo manifestum est, quod De-  
us approbat baptismum paruolorum.  
Igitur Anabaptistæ impie sentiunt, qui  
damnāt baptismum paruolorū. Quod  
autem Deus approbet baptismum par-  
uolorum, hoc ostendit, quod Deus dat  
spiritum sanctum sic baptizatis. Nā si  
hic baptismus irritus esset, nullis dare-  
tur spiritus sanctus, nulli fierēt salui, de-  
nique nulla esset Ecclesia. Hæc ratio bo-  
nas & pias mentes uel sola satis confir-  
mare potest, contra impias & fanaticas  
opi-

128 DE CATABAPTISTARVM  
opiniones Anabaptistarum.

*Aliud exemplum de Anabaptistis.*

Fide sumus iusti propter Christum.  
Hoc uerbum mali doctores tenentes lä-  
guidius, & sequentes suam imaginatio-  
nem, cogitarunt commodius dici homi-  
nes esse iustos, propter suas uirtutes &  
merita. Deinde addiderunt dubitandū  
esse, & omnino obruerunt uerā doctri-  
nam de fide, sicut & nunc Anabaptiste  
contemnunt doctrinam de fide, & uo-  
ciferantur homines iustos esse magnitu-  
dine afflictionum, & suis quibusdam il-  
luminationibus, atq; ita abiiciunt uer-  
bum & doctrinam de fide. Prorsus talia  
fuerunt olim deliramenta Manicheorū  
& Enthusiastarum. Nec est unius tem-  
poris talis error, facile enim delabuntur  
in tales imaginationes, cū leuiter senti-  
unt de uerbo Dei. Hi Enthusiastē fugi-  
endi et execrandi sunt, et sciendū, quod  
Deus non uelit aliter agnoscī; & appre-  
hendi suam uoluntatem de peccato &  
gratia nisi in uerbo, et quod Spiritus sā-  
cros

*Idem.*

Vidimus Anabaptistas his annis plam uelut fascino aliquo dementatos, pàm impias, absurdas & seditiosas opinones ita mordicus tenere, ut non solum eripi sibi illas non paterentur, sed etiam superbissimè contemnerent monitores, ita sibi horribile exitium in multis locis accersuerunt. Hic consideremus, quantum Dei beneficium sit, custodiri ne decepti à diabolo, hos aut similes errores amplectamur. Nā mirificas diaboli insidias nulla humana prudentia sine Spíitu sancto satis cauere potest.

*Aliud.*

Opinio Anabaptistarum est, sacramenta esse allegorias quasdam honorū operum. Ut circumcisōnēm interpretātur, signum fuisse cohercendarum cupiditatum. Baptismū, signum esse afflictionum. Quod oporteat Christianos subire fluctus, & pericula omnis gene-

kris

ris perferre, sicut immerguntur aquis.  
 Ita cœnam Domini faciunt tantum quā-  
 dam mutuæ benevolentiaæ significatio-  
 nem. quia symposia apud omnes gen-  
 tes sint signa mutuæ benevolentiaæ.  
 Quanquam autem hę allegorię bono-  
 rum operum non sunt absurdæ, tamen  
 nondum de principali usu et fine loquū-  
 tur. Sacra menta enim sunt signa, non  
 tantum charitatis aut operum, sed prin-  
 cipaliter fidei, item uoluntatis Dei erga  
 nos. Euangelium enim non tantum cō-  
 cionatur de operibus, sed præcipue de  
 uoluntate Dei erga nos, & de fide. At il-  
 li signa Euangeliū tantum ad unam par-  
 tem, uidelicet ad opera, accommodant.

*Alius error.*

Anabaptistæ ac similes, qui ui& ar-  
 mis conantur propagare doctrinam su-  
 am transformant potestatem ecclesia-  
 sticam in mundanam, & Christum spl-  
 nis coronant, et in purpura traducunt,  
 & contumelia afficiunt.

Ali

*Alius error.*

Anabaptistæ similes Donatistis, Ecclesiam talem constituere conantur, in qua nulli sint uitiosi.

*Alius error.*

Est execrandus et damnandus error ille Iudaicus Anabaptistarum, qui fingunt Ecclesiam ante nouissimam diem, politiam quandam mundanam futurā esse, in qua regnent p̄ij, & armis deleant omnes impios, & occupent omnia imperia, &c.

*Alio in loco idem.*

Cum Apostoli tantum habeant mā datum docendi, impium est sētire quod Doctores Euangeliū debeat armis cōstituere noua quædam imperia, sicut Iudei & Anabaptistæ somniant, postremis temporibus regnū Dei in terris tale constituendum esse, in quo sancti dominentur, & armis deleant omnes impios, nec in Ecclesia hypocritas ullos futuros esse. Atq̄ hoc Iudaicum delirium s̄aep̄ in Ecclesiam irrep̄it. Fuerūt enim olim

fanatici spiritus, Chiliaстæ & Pepuliani, qui tale regnum anabaptisticū somniarunt.

*Disputatio cum Catabaptistis,*

*Anno 1529.*

Basileæ nouem Catabaptistæ, satis loquaces & proterui, in senatorium ordinē, præsentibus Verbi ministris sunt adducti ex carcere. Oecolampadius fidei Christianæ rationem exposuit de articulo ad articulum, symbolū Athanasij & Apostolicum enarrans coram Senatoribus & Catabaptistis alta uoce, ut nemo illuc sederet, qui non exacte, quicquid dicebatur, perciperet. Hāc esse inquit indubitatā fidē, quā Christus et Apostoli docuissent, hancq; etiā cum reliquis ministris & fratribus profiteri, omnibus, qui aliter docerent aut sentirent, se responsurum. Se etiam nō esse seductorē, falsum prophetam, mēdaciū, uersipelleū, Scripturæ deprauatorem, quemadmodum hi viri summa impudentia deblaterarent, Cnosul ad Cata-

pti

pristas conuersus, Auditis boni viri si-  
dem nostram multis declaratam, quam  
totus mundus amplexus, neque discre-  
pat à Christi doctrina, Apostolorū cō-  
cionibus, ab Ecclesia catholica. Vos  
autem perpetuo in uestris conuentibus  
nostros concionatores accusatis, conui-  
tis proscinditis. Si quid habetis, inmedi-  
um proferte, quod huic fidei & cōfessio-  
ni sit contrarium. Iam occasio adest uo-  
bis, qui contradicitis, ut fidei uestræ &  
uocationis reddatis rationem. Omnes  
muti sedebant, alter in alterum respi-  
ciens. Minister consularis, cum omnes  
tacerent, allocutus Tornatorem quen-  
dam his uerbis. Cur iam non loqueris,  
qui alias in plateis, in tabernis, in carce-  
re sis loquacissimus, superas enim ranā  
seriphia. Tribunus plebis, ut expime-  
ret ab eis confessionem doctrinæ bapti-  
sticæ, inquit ad illum, qui prior sedebat  
ordine, Dic frater aliquid ad ea quæ pro-  
posita sunt. Mox respondit, Fratrem te  
non agnosco. Trib. Quare fratris no-  
men mihi denegas? Catabaptista. Quia

Christianus non es, age prius poenitentiam, emenda uitam, abdica te magistrum. Trib. In quibus adeo pecco, dic obsecro. Cat. Tu bene nosti. Iussus à Consule summo ab huiusmodi dictariis confessus abstinere, & mansueto spiritu suam fidem palam confiterit. Atqui post multas preces & impulsiones articulos suaræ fidei recensuit. Se non credere, inquit, Christianum hominem magistrum ciuilem posse agere. Scripturam adduxit, Qui gladio pugnat, gladio peribit. Baptismus parvulorum, est ex diabolo & papæ figmentum. Baptizandos esse adultos, non pueros iuxta Christi dictum Matthæi Cap. 28. Juramentum esse nullum prestandum, id haberi scriptum, Matth. 5. & a Iacobi 5. Oecolampadius placide respondebat ad omnia, ne pe alium sensum ea loca habere, testes omnium seculorum scriptores, ecclesiasticos Doctores adducebat, Ecclesiarum catholicarum consensum. Boni viri, inquit, scripturæ tropos non intelligitis, illotis manibus scripturam tractatis. Et cum uel-

let loca illa explanare, uerumqz sensum  
& genuinum cruere, Molitor quida bar  
batulus interruptum sermonem  
ex morae impatientia. Quid blateras se-  
ducto*r*, inquit, nihil ad rem, quæcunqz  
contra nos infers, faciunt. Verbum Do-  
mini habemus purum & inuiolabile,  
huic adhærebimus, donec uita supere-  
rit. Spiritus sanctus ex me iam loquitur,  
illius uerba sono. Excusans interim suam  
balbutiem, cum loquacior plus equo es-  
set, simplex stu, illiteratus, nulla in scho-  
la uersatus, humanam sapientiam, quæ  
plena est technarum, ab ineunte ætate o-  
dio prosecutus sum. Insidias scribarum  
nosco, qui nihil cogitant quam simplici-  
bus tendiculas & laqueos ponere, sed  
infoueam tandem cadet, quam alijs pa-  
rarunt. Clamas post hæc alta uoce, Mu-  
taui uitam pristinam peccatricem, emis-  
sis crebris singultibus, audito uerbo  
Dei. Baptismate uero cum tua lotus sum  
in remissionem peccatorum, mirum quod  
ab omnibus persequor. Prius uitijs to-  
tus immersus, à nemine reprehensus, ca-

ptus, uel punitus. Quæ insania uos ue-  
xat: Erratis toto cœlo. Intrusisti me in  
carcerem tanquam latronem, quid feci  
mali unquam? quale crimen impingi-  
tis? Nullum, Deo sit laus, scio, in consci-  
entia uestra uicti estis de nostra innocé-  
tia. En satanæ dolum: Iussus tacere. Ve-  
rum cum iam prandij hora instabat, &  
cauillis nullum finem imponeret, nam  
parum recollegerant Catabaptistæ ani-  
mum, audacioresq; facti, quū illis libe-  
rum coram Senatu loqui, quæcunq; in  
buccam uenissent, esset. Consul dimisit  
Senatum & concionatores ea conditio-  
ne, ut peracto prandio ad horam primā  
omnes redirent, huic tragœdiæ tandem  
finem uisuros. Discessum est. Sumpto  
cibo, ad horam constitutam aduolarūt  
omnes suspenso animo, quem nam fi-  
nem hæc res habitura solliciti. Collo-  
quium iterum cœptum de Magistratu.  
Quidam ex illis satis Christianè ad in-  
terrogata respondebat, & si nō adeo do-  
ctus esset, quod reliqui ægreferebāt, pa-  
rum enim ab illorum doctrina & secta  
inci

incipiebat deficere. Hoc ipso interpellarunt eius sermonem reliqui, Sine nos, inquit, loqui, quibus Scriptura notior, & exactius de ihs articulis loqui possumus, quā tu, qui νεόφυτος es, nec satis nosti articulos fidei nostrę coram illis uulpeculis defendere. Tornator itaq; proponebat reliqua. Paulus, inquit, de magistratu spirituali loquitur, non de carnali. Iussus suam sententiam Scripturis sanctis fulcire ab Oecolampadio, nudis uerbis, & incultis se non credere, A quo unquam, inquit, audiuisti Paulum hic loqui de spirituali magistratu? Adduc alia Scripturæ testimonia quæ id cōfirment, quæ proposuisti, euolue, obseruo, tota Biblia, nec tale quid, quod narras, inuenies. Catabaptista respondit. Quære tu, & percurre totum uetus & nouum Instrumētum, qui beneficia ecclesiastica deuoras, tibi plus est ocij: quā mihi: qui his manib; laboro, ne cui sim oneri, & Paulus hoc me docuit. Risus obortus ob inuidiosum responsum. Oecolampadius. Non est ridendi tempus,

ō clarissimi viri , quod beneficio utor  
ecclæ, quod alimoniam accipio , hoc  
ex Scripturis possum ostendere , quod iu-  
ste accipio, secundum institutionem scri-  
pturarum diuinarum . Seditiosi sunt isti  
viri. Orate igitur pro Christi gloria sta-  
bilienda , & ut Dominus illorum peruer-  
sorum hominum corda emolliat , luce  
ueritatis illuminet , ad cognitionem eorum  
perducat. Obmutuere omnes.

Deinde Catabaptista , propter ho-  
micidium captus , alloquebatur Senato-  
rium ordinem libera uoce & petulca.  
Vos me iam ad menses aliquot vincu-  
lis tenetis constrictum , neq; satis facitis  
uestris promissionibus , si dignus poena,  
cur non adficitis ? Si innocens , ut sum ,  
cur non liberor ? Multis etiam asperges  
intollerabilibus Senatum conuitis , na-  
ante hebdomadas aliquot publicum iu-  
dicium sub libero coelo , coram coactis  
iudicibus , ut moris est , subierat ut se pur-  
garet ob commissum homicidium . Di-  
lationem postularat , quæ & data , ut su-  
um aduocatum instruere posset , quo cō-  
mo-

modius causam illius proponeret. Et cū propter alia negotia, quæ tunc forte fortuna incidebant, mox non esset ad Iudices reductus, ut sententiam sui homicidij audisset, fingebat sibi miser, Se natum non audere ob homicidium per petratum, illum punire. Adiūciebat etiā Catabaptista, Propter Deum hæc uincula patior, in carcere mihi pereūdum, cum reuocare sanctissimam catabaptisticæ fidei uitam nolo. Fateor, interfeci aliquem cultro, sed non uoluntarie, absolutus sum iam olim iudicibus pijs & prudentibus. Necq; me sæpius iurasse nego, sed ex imbecillitate carnis hoc factum est, & olim ob hoc peccatum pœnitentiā egī, Patrem coelestem aliud docuisse, hocq; secutus sum. Et Paulum de præteritis iurasse, non de futuris, quę in humana potestate non sunt. Præter hęc multa inania & nihil ad præsens institutum facientia, in medium adferebat sine ordine, sed rauco clamore usq; ad crepusculum. Instante tempore abeundi, quidā ex illis, qui tota die ne rē quidē dixe.

dixerat, prorupit in hæc sequentia uerba, lachrymis crocodili genas perfundens lamentabili uoce, nō loquebatur, sed eiulabat adeo, ut multos ex pijs ad lachrymas prouocaret. Dies extremus inquit, iam adest ô uiri, uitā emēdate, obsecro, uestram. Securis ad arborem polita est, sanam doctrinā de baptismo nostro approbate. Oro per Christum filium Dei, iustos ne persequimini, boni sumus uiri, iusti, probi. Certe dico uobis, iustus iudex breui aderit, & perdet omnes impios. Consul dicit, Dic tu, quæ ad articulos fidei nostrę pertainent, non opus hac querela. Rogabat Catabaptista, ut solummodo uerbum unum adhuc eum permitteret loqui. Et hoc denegatū ob instantem noctem. Consul itaq; in peroratione Senatum, qui à Catabaptistis accusatus erat, sed mendaciter, defēdebat. Audite, inquit, non propter Euā gelium, non propter honestam uitā capti estis, sed propter scelera, perfidiā, seditiones. Vnus homicidium commisit, alter decimas non esse reddendas docuit in

it in agro nostro, tertius turbas excitauit  
Hæc uitia in causa fuere, quod in vincula  
la coniecti, & huc usq; detenti sitis, do-  
nec decretum sit, qua nam poena plecte-  
di. Paternus animus & benignus, qua  
perpetuo præditus fuit Senatus, dedit  
uobis locum resipiscendi ab erroribus,  
quibus tenemini. Interea clamat quidā  
alta uoce, O fratres malo ne resistatis, e-  
tiam si hostes extra portam ciuitatis es-  
sent, illis aperite eam, intromittite, nihil  
possunt in uos sine uolūtate Patris, qui  
omnes pilos capitis nostri numerauit. I-  
mō ut lōge aliud dicam, uestrī auribus  
absurdum, ne latronibus in sylua resistē-  
dum est. An non creditis Deum curam  
uestri habere? Et hic iussus est tacere,  
maior enim pars putabat illum insani-  
re, aut spiritu maligno agitatum. Assur-  
gente Senatu, abitum parante, Iuuenis  
catabaptista surrexit, Obsecro, inquit,  
prudentissimi viri me audite, paratus  
sū facere, quicquid Senatus iusserit, per  
suasus enim sū hactenus ab illis, quod  
sanam doctrinam, & fundatam in Scri-  
ptu-

pturis sanctis habeant, sed falsus sum,  
nesciunt rationem reddere suæ fidei, ob  
id illis amplius non adhærebo, nunquā  
sensi illos tot erroribus implicitos. Oro  
uestram humanitatem, ut mihi ignosca-  
tis, simplex sum, literarum ignarus. Co-  
sul ad hæc. Perpende quid agas, nemine  
cogimus ad renunciationē, neç aliquā  
ui compellere etiam uolumus. Liberū ti-  
bi sit, ne postea relabaris in maiores &  
nocētores errores. Catab. Opus habeo  
instructiōe, mittite ad me ministros Ver-  
bi, cum illis colloquar, quando & qui-  
bus ex causis illis uiris adhæserim, cer-  
te maximo mearum dispēndso rerum.  
Catabaptistæ læto uultu uictoriam tam  
insignem, cum reducerētur in carcerē,  
plenis buccis iactarant, subsequētibus  
multis occultis discipulis, quibus nō lo-  
cus datus erat in senatorium ordinem  
ingredi. Pulchra scilicet uictoria, Chri-  
sti diuinitatem negare, & uerbum eius,  
Peierare, perfidē agere, proximo incom-  
modare. Redditus & decimas seruare.  
Magistratū pium impiū uocare. Sed nō  
10

lo plura adiūcere. Post dies autē aliquot,  
tres ex numero illorū παλινοθεῖψ, aliij sex  
in carcere detentī, qui & postea dimissi.  
certis conditionibus. Videlicet, ne redi-  
rent, si autem id contemnerent, capita-  
li poena afficiendos. Hoc stupendum,  
populum communem Anabaptistis a-  
deo fauere, eos laudare, hospitia dare, eo  
rum doctrinam approbare. Sed uetus  
adagium, Populus, bellua multorum ca-  
pitum, Libertatem externam quærunt,  
Hic latet anguis in herba. Concionato-  
ribus etiā inuisi, quia perpetuo ob pec-  
catricem uitam corripiuntur, longe ali-  
ud sperabant, animoq; conceperāt. Et  
Catabaptistarum sermo nihil aliud cre-  
pat, quam repræhensionem ministrorū  
Verbi, libertatē in externis. Do-  
minus illuminet mis-  
eros illos luce ueri-  
tatis. Amen.

*Monasteriensium historia.*

*Georgio Spalatino Antonius Cor  
uinus gratiam & pacem per  
Christum optat.*

Literas tuas Smalcaldiæ, sub natallium pueri Iesu diem scriptas Monasticij, in principis aula Hessiacus quidam tabellarius reddidit mihi Spalatine doctissime, qui quanquam occupatum me in describendis ijs, quæ inter me, Iohannem Kymeum, & Anabaptistarum regem acta erant, offenderet, tamen dictu mirū, quām me exhilararit. Quis enim tanti viri tam minimè fucatam erga affectionem non exosculetur? Imo uerū fatebor, non in infima felicitatis mea parte duco, abs te ac tui similibus subinde interpellari, partim quod huiusmodi literis mutuum amorem & conseruamus, & fouemus, partim quod fere seruum quiddam habent, quæ à doctis iuxta ac prijs viris redundunt, ita ut uel delectent, uel doceant, uel inquirendi res scienti necessarias occasionem præbeat, quæ lis

lis fuit illa tua epistola et humanitatis et  
eruditionis plena. Princípio enim scri-  
bis rem me facturum longe omniū gra-  
tissimam tibi, si apud Vestphalos, ubi  
tum degebam, inuestigem quid de syl-  
ua Herculis, ac idolo Irmenseul erudití  
uel sentiant, uel certi habeāt. Tibi enim  
uideri Irmenseul, Harmenseul uocan-  
dum esse, ut sit Harmonij uel certe Ar-  
minij, de quo uiro multa Strabo, Pater-  
culus & Corn. Tacitus. An nō hoc est  
solicitus de re & iucunda & scitu neces-  
saria disquirendi suppeditare occasio-  
nem? Evidem feci oppidò quam libēs  
hac in re, quod rogatus sum. Sed plane  
mihi hic usu uenit quod Demiphoni i-  
stī Terentiano, qui auditis amicorū alí-  
quot sentētijs, Fecistis probē, inquit, in-  
certior sum multo quam dudum. Quā-  
to enim diligentius ea de re perconta-  
bar, tanto incertior semper abibam. Re-  
missus à quodam sum ad chronica Sax-  
onica, ut in quibus certò fiat eius idoli  
mentio. Remissus item sum ad Alber-  
tum Krantz, & studiosum antiquitatis

## 146 DE CATABAPTISTARVM

& non indiligentem historiographum.  
Sed cum neq; hic, neq; illic esse scirem,  
quod maximopere ad præsentem qua-  
stionem faceret, non fui de ijs autoribus  
legendis admodum solitus. Facit ta-  
men nonnullam hisce de rebus mentio-  
nem Krantz in sua Saxoniam, libro vide  
licat secundo, capite undecimo, adeoq;  
in ea plerosq; sententia esse affirmat, ut  
Irmenseul, Mercurij statuam interpre-  
tentur, propterea quod Hermes, Mer-  
curius olim dictus sit. Ipse post, nescio  
quam coniecturam fecutus, Irmenseul,  
Idermansseul interpretatur, quasi com-  
mune profugium, & asylum omnium.  
Sed haec non dubito, quin iampridē tu  
quoq; & legeris, & expenderis diligen-  
tissime. Dixit alius quidam mihi, esse in  
bibliotheca Osnaburgensi, uetusissi-  
ma antiquitatis monumenta, è quibus  
facile quis harū rerum certitudinem ex-  
piscari queat, sed eā esse canoniconū i-  
stic commorantiū, & pro pietate & pro  
re literaria adiuuanda sollicitudinem, ut  
praterquā tineis & blattis, eorū librorū  
copiam

copiam faciant nemini. Id quod ego facile inducor ut credam, nimirum re ipsa aliquādo expertus, ut erga pietatem ac bonas literas bestiæ iste affecte sint. Cōueni & monachum quendam, uirum, ita me Deus amet, bonum, sed uetulū, cuius colloquium, quānquam & doctū esset, & mire me adficeret, tamen quod tuis uotis uel responderet uel faceret satis, nihil omnino in medium attulit, prēterquam quod dixit, potuisse apud ipsos hac de re reperiri aliquid, ni Anabaptistarū furor, optimos quoq; autores, quorum non contemnendum numerū habuerint, absumpsiisset. Vehementer tamen eidem tua coniectura placuit, in quam ita etiam pedibus discessit, ut nō prius sententiā hic se mutaturum dice-ret, quām certius aliquid ex probatis auctoribus ostenderetur. Quo circa quum nihil audierim hactenus, quod uel usui tibi uel uoluptati esse possit, malo insciātam ingenuè hic fateri, idque tantisper dum certi aliquid comperero, quām incerta pro certis ad te perscribere.

Si quid tamen uel amici interim cōmu-  
nicarint, uel aliunde inuestigare dabi-  
tur, cādide hoc ipsum tibi impertiemus.

Cæterum, quod ad causam Mona-  
steriensium ac regis attinet, posset iusta-  
tic historiā describi, si cui uel ocium uel  
dicendi uires suppeterent. Neque enim  
ut ab hominibus nihili tragœdia hæc  
cœpta est, ita pro uano, quæ designarūt,  
habenda sunt. Porro si damnum, quod  
& princeps eius ditionis sensit, & ciui-  
tas ipsa accepit, æqua lance æstimes, iā  
non inepte dixeris. Flet uictus, uictor in-  
terijt. Certe si me incolæ eius urbis, qui  
supersunt, & admirandæ felicitatis ue-  
stigia non fallunt, fuit respublica istic o-  
lim florentissima, fuit multarum rerum  
copia, fuit ingens hominum frequētia,  
fuit mira incolarum & comitas & ciuil-  
tas. Sed eam felicitatem, quam fortassis  
ingrati non agnouere, nō homines cla-  
ri turbauere, sed infimæ sortis, si unum  
atq; item alterum excipias, quosq; nec  
eruditio nec probitas insignes ac com-  
mendabiles fecit, Seminarium horum  
ma-

malorum, Rullius quidam fuit, homo  
Bataeus, ad perfidiam, adq; turbandas  
politicas rationes plane natus. Is quum  
ciuitate paulo ante quam obsidione cin-  
geretur excedens, alibi perfidiæ suæ pœ-  
nas dedisset, collegam habuit Rotman-  
nū, æque seditionis, æque malū, æque  
perfidū. Hic adiutus opera Knipperdol-  
lingi, primum in clandestinis conuenti-  
culis uirus anabaptismi serere cœpit,  
deinde quum seditionissimum quemq;  
sibi adiunxit ita, ut se ab aduersario-  
rum iniuria facile tutum arbitraretur fu-  
turum, cœpit propalam anabaptismū  
profiteri, adeoq; ciendis turbis studere.  
Et dici non potest, quoties post hæc in  
forum concursum sit, quoties ad arma  
conclamatum, quoties ridiculæ seditio-  
rum uoces, ad pœnitentiā cohortan-  
tium, ni uenturū iam iam Domini diē  
experiri uelint, exauditæ.

Knipperdollingum ferūt s̄a pe uelu-  
ti entusiasmo percitū, per omnes ciui-  
tatis uicos currere solitum, adeoq; ob-  
vium quemq; adflando ijs uerbis, Acci-

pe Spiritum sanctum, allocutum esse,  
quibus præstigis quid posset excogita-  
ri uel stultius uel ridiculum magis? At  
que haec tragœdia eò processit, ac pro-  
gressa est, ut nec per illustrissimi princi-  
pis nostri Lantgrauij legatos, (qui tam  
antea turbatas res inter Episcopum ac  
ciuitatem composuerant) nec aliarum  
ciuitatum literis mitigari potuerint. Ibi  
tum prophetæ exorti, ciuitate boni eie-  
cti, aliena bona direpta, adeoque ea de-  
signata sunt, quæ ne Turcam quidem  
quantumuis immitem ac Barbarum, a  
pud suos toleraturum fuisse, credibile  
est. Quare sublata omni resipiscentia  
spe, oblidio subsecuta est. Et quum pa-  
rum feliciter bis atque iterum oppug-  
natio tentata esset, adeoq; ciuitas ipsa e-  
rectis castellis aliquot per gyrum coro-  
na cingeretur, ausi sunt aliud tentare fa-  
cinus, usque adeo insolentes una arcq; al-  
tera uictoria effecit. Nimimum regē cre-  
auere, penes quē rei summā esse uolue-  
rūt, pleriq; à plebe creatū existimāt. Sed  
dixit ipse mihi rex, se à propheta quodā-  
cui

cui Deus eam rem per visionem patefecerit, ad id fastigij uectum esse. Vt cūqz sit, creatus, talē se gessit, ut plane regiomore, circa ipsum administrarentur omnia. Coronam ac diadema regium gestabat, equo per urbem uectabatur, aureis calcaribus utens. Iter facientē duo pueri praecedebant, præter aliā satellitū turbā, quorum alter gladiū, alter uetus Testamentū portabat. Et pœna parata erat, prætergredienti non cōgeniculatibus. Aulā præfecturis ac officijs ita insti tuerat, ut si natus rex fuisset, prudentius nō potuerit, fuit enim in excogitādis ijs, quæ regalē pompā decebant mirus artifex. Ad hæc in patria lingua facundus, subdolus, fraudulentus & uersipellis.

Reginam pari secū honore habebat, cui etiā cæteras uxores, siue cōcubinas maiis, subiecerat, ac parere iubebat. Vnā ex ijs, (erāt autē numero quatuordecim) suapte manu, ut pote earū rerū que ibi gerebant contemptricē, adeoqz trāsiōne ad hostes parantem, interfecit, id que in regnē palatio, fortassis ut ceteris

timor incuteretur. Quod facinus, quā  
ego illi pōst, perinde atq; Barbarum ac  
Scythicum obijcerem, respōdit se, qui-  
quid huius fecerit, iubente atq; imperā-  
te propheta fecisse. Pari crudelitate om-  
nes, quotquot nepharijs eius uel consi-  
lijs uel cōeptis reclamare ausi sunt, neca-  
ri iussit, cuius rei testis adhuc est arborti-  
lia, haud ita procul à Canonicorum ec-  
clesia, ad quam deligati, ac æneis tormē-  
tis transfixi sunt.

Addam stultitiae quoddam ac teme-  
ritatis exemplum. Mulier quędam obsi-  
dionis tempore inuenta est, quæ se Epi-  
scopo facturā polliceretur, quod Iudith  
Holoferni olim fecisset, neq; prius in ur-  
bem redditurā, quam Episcopi caput u-  
nā secum retulisset. Et non defuerunt,  
qui stultissimis promissis æquè stulte  
dem haberent, adeoq; bellè ornatam ad  
tantum facinus peragendum emitten-  
dam censerent. Sed statim finem inue-  
nit tam insignis temeritas, uel si mauis  
insania; deprehensa enim, crimen con-  
fessa ac necata est. Qua de re ita, quum  
ali-

aliquando in rheda Horstmariam ue-  
heremur, lusimus.

Forte Monasteri præsul dum cingeret urbem,

Compleßetq; omnes obsidione uias,

In medio exurgens populi temulenta uirago,

Adfero perniciem præsulis hostis, ait.

Judith Holofernem uerbis delufit et arte,

Remiq; malam oranti præmia digna dedit.

Ipse Deus mihi consilium patefecit in hostem,

Quem puto præsentem propiciumq; fore.

Vrbe egressa igitur castris sese intulit audax,

Tempus disquirens perfidiæq; locum.

Sed deprensa aliud simulat, fингitq; docetq;

Donec tormentis res patefacta fuit.

Tum uero peccatum nacta est pro talibus ausis,

Et periret gladio iure necata suo.

Quid dicam de propheta Iohanne

Matthis, qui cordatum quendam ciuē,

doctrinam ipsius in dubium uocantem

simili supplicij genere, hoc est æneo tor-

mēto occidit, testatus interim apud po-

pulum cœlestem patrem istud et iussisse

& imperasse. Tacebo hic, ut sit suus ho-

nor auribus, quanta barbarie et malitia

usi sint in puellis uitiandis, nondum ap-

etis matrimonio, id quod mihi neque ex uano, neq; uulgi sermonibus haustum est, sed ex ea uetula, cui cura sic uitiatarum demandata fuit, auditum.

Hæc omnia, quanquam plus æquo & mala & inaudita fuerint ante hac, tam longe peiora adhuc designaturi haud dubie erant, ni tandem, miserante Deo, & penuria rerum omnium labora re cœpissent, & per proditionē urbs ipsa capta fuisset. Capta autē est per portam Crucis, profugo quodam, Episco pi milites aliquot, imperfectis custodibus, in urbem ducēte. Qua de re, quūt sius facti ratio nobis in eo ipso loco explicaretur, ita statim lusimus nos.

Baptismus, signum est mortis, crucis atq; doloris.

Crux Anabaptistis semper in ore fuit.

Idcirco ut propria damnati uoce perirent,

Crux fuit insanis, diruta porta crucis.

Tū uero tantorum scelerū finis fuit, & digna talibus factis poena subsecuta est. Nā qui gladiū, non iussi à Domino arruerat, miserabiliter per continuos aliquot dies imperfecti trucidatiq; sunt, & qui

quidem in omnes uirilis sexus homines  
atrocissime sequitū est. Sed tamen, si quis  
ea, quæ militarem hunc furorem excita-  
uere, diligentius consideret, iam palam  
fiet, longe atrociora meritos esse. Rex  
ipse captus est, adq; principē deductus.  
Captus est & Knipperdollingus unā cū  
Krechtingo quodam, qui à consilijs re-  
gi fuerat.

Cæterum, direpta urbe, tum prīmū,  
quāta rerū omniū penuria laborarint,  
etiam si perfugæ quoq; ea de re nō nihil  
antea indicassent, compertum est. Pror-  
sus intoleranda ac uehemens Sagūtifa-  
mes fuit, quum à Pœnis obsidione pre-  
meretur. Fuit & Hierosolymis ingens  
fames, quū à Vespasiano obsiderentur,  
at nihilominorem sensere Anabaptistę  
Monasterienses. Vidi ipse multos ibi li-  
bros, quorū detracta coria uictū miseris  
suppeditarant. Et eò inediæ postea uen-  
tū est, ut nullū corij genus tam fuerit du-  
rū, quod non esculentum illis factū sit.  
Imo scio pueros quoq; comesos ibi esse,  
id quod ab ihs auditum mihi est, qui in  
re-

reliquias quasdā, capta urbe, eius rei testes inciderunt. Sed tamen tot tantisque malis, adeo improbitas perditissimorum hominum imminuta non est, ut nihil minus & choreas interdum duxerint, et spectacula ediderint, & omnia phana, omnes ædes sacras destruxerint ac demoliti sint. Imaginibus adeo infensi fore, ut etiam picturam in parietibus a fenestrīs, facies, oculos, ac ora miserè sorbarint. Deditio[n]is nulla unquam apud eos facta est mentio, prophetis nimis obsidionis solutionem nunquam non uanissimè promittentibus.

Sed quid enumerandis ijs, quæ lip[pi]s fere ac tonsoribus nota nūc sunt, fastidium tibi Spalatine pario? Ad regem reuertor, de quo certi aliquid significari tibi postulas. Porro is post captā urbē, quum spectaculi uice huc atq[ue] illuc dūctus esset, detrusus tandem est in carcere, non Monasterij, sed in arce quadā principis, eaçq[ue] egregie munita, quā Beuergern uocant, Knipperdollingo ac Krechtingo Horstmaria missis, inçq[ue] uincula

la coniectis. Verum post, quo consilio tamdiu in vinculis habiti sint antea, quā mactarētur, id equidem ignoro, nisi forte diuina bonitas pœnitentiae ac resipiscientiae tempus ijsdem obtulisse existimanda est, certe multis uerbis huc prouocati sunt. Quod ad me attinet, ac Ky-  
meum, non solum errorem illius factio-  
nis, è sacris literis ob oculos illis posui-  
mus, uerum etiam ea modestia cōuictos  
in uiā reducere conati sumus, ut si ger-  
mani fratres fuissent, amantius non po-  
tuerimus. Cum rege iusta disputatione  
congressi sumus, ordine hos locos per-  
tractantes,

De Regno Christi,

De Magistratu,

De Iustificatione,

De Baptismo,

De Coena Domini,

De Humanitate Christi,

De Matrimonio.

Iam de regno Christi corporali, quas,  
bone Deus nugas effutit. Ut Scripturā  
hic ad sua somnia detorsit. Ut uerbis cu-  
riam

riam repleuit? Dodonæum æs diceret.  
Nulli tamen Scripturæ loco æque fide-  
bat atq; isti, quem ex Apocalypsí de mil-  
le annis selegerat. Hunc ita factabat, ita  
crepabat, ut facile appareret, perditam  
hanc factionem solis ac meris somniis  
niti. Dictu enim mirum, quām nos,  
quum annos illos mille, de spirituali re-  
gno Christi, quod per uerbum admini-  
stratur, interpretaremur, contempserit.  
Obmutuit tamen nonnihil, quum inter-  
pretationis nostræ confirmationem, nos  
quoq; ex Apocalypsí mutuari audiret,  
nimirū ab eo, qui albo equo insidēs, ue-  
rax, fidelis, & uerbus Dei ibidē dicitur.  
Eadem inscītia de magistratu garrie-  
bat, quē, tametsi ordinationem Dei esse  
fatebatur, tamen rebellionem, si quid se-  
cus, ac Christus docet iubeat, adproba-  
uit, fretus Petrīna illa sentētia: Oportet  
Deo magis obedire quām hominibus.  
Vbi quū nos fateremur, obedientiā qui-  
dē magistratui non deberi, si nos à Chri-  
sti doctrina trāsuersos agere conetur, at  
tamē hinc non sequi, idcirco uim uire-  
pel.

pellere, priuatis personis licere, sed potius id faciēdum esse, quod Christus dōtuerit: Si uos persecuti fuerint in hac ciuitate, migrate in aliam, Respōdit quid nescio, de eorum tyrannide, qui rebellādi iſpis occaſionem præbuiffent.

In iustificationis negočio, ita argumen‐  
tis nostris captus est, ut pedibus in sente‐  
tiā nostrām discedens, ingenuē fatere  
tur, solam fidem in Christum, non pro‐  
pter dignitatē, seu meritū operū,  
etiam eorum quae fidem sequantur, iu‐  
stificare & saluare, id quod tamen neq;  
Pontificij, neq; aliij Anabaptistæ, ut cre‐  
dant, induci possunt.

Baptismū paruulorū modis omni‐  
bus execrabatur, adultorum rebaptiza‐  
tionē perinde atq; rem euāgelicis literis  
omnibus modis consentaneam adserēs  
& comprobans. Interrogatus, quibus  
Scriptutis uel rationib⁹ hāc in ecclesia  
nouationē probaturus esset respondit:  
Christum, quum baptismū institueret,  
de doctrina, ad quam percipiendā pue‐  
ti parū sint idonei, prius & præcepisse  
&

& locutum esse. Præcipue tamē hoc nō  
mīne dixit baptismum paruulorū odī-  
se se, quod & nupera res sit, & in conuē-  
ticulis summorum Pontificum excogi-  
tata. Ibi quum nos uicissim respondere-  
mus, fidem Spiritus donū esse, Spiritui  
autem æque proclive esse in puerō, atq;  
in adulto uim suam exercere. Pueros itē  
æque ad baptismum, atq; olim ad circū-  
cisionem fuerint, aptos esse. Ad hæc, sa-  
cramentorum uim, non à fide uel dan-  
tis uel percipientis, sed à uerbo ac insi-  
tutione Christi pendere. Sententiam se-  
nunquā hic mutaturum dixit, ut quam  
sciat diuersam esse non posse à sacrī li-  
teris.

De sacramento synaxeos, inter carte-  
ra ad hunc modum dixit. Quanquam  
Zwinglij sententiam ea in re diu sit am-  
plexatus, tamen aliud sibi reuelatum es-  
se iam nunc ac antea senserit, nimirum  
quod pondus cœnæ uerbis detrahi nec  
possit nec debeat, id quod fiat, si nō per-  
inde atq; sonat: Hoc est corpus meum,  
Hic est calix sanguinis mei, absq; tropo  
acci

accipiantur. Attamen ea in re dissentire à nobis sese, quod Iudam quoq; corpus Christi manducasse, & sanguinem ipsius bibisse afferamus. Ergo, inquā, Christi opera non prius uim ac efficaciā habebunt, quam fides nostra huc accedat. An non diximus iam, sacramentorum uim non à nostra uel credulitate uel incredulitate, sed ex Christi uerbis ac institutione pendere? Evidem fatemur, fidem hic requiri & adesse debere. Attamen Deum idcirco, si non adsit fides, mendacij arguere non debemus, sed in Pauli potius sententiam discedere, qui Iudæorum incredulitatem Dei fidem non potuisse irritam facere, contendit. Sed age, ducamus argumentum à similitudine: Sol in quem usum creatus est, an non ut luceat, & diei præsit? Iam si nos uel lolio uictitemus, uel cæci omnino simus, ergo ne solem quoq; amittere fulgorem ac splendorem suum oportebit: Ea est & sacramentorum ratio. Hic protinus rex: Quemadmodum per me uobis liberum est hoc uel illud sentire,

m ita

ita patiamini meo me hic sensu abūdare.  
Humanitatem Christi eatenus admisit, ut de Spiritu sancto conceptum, ac post ex Maria uirgine natum fateretur. Cæterū addidit, ex carne Virginis Christum sumpsisse aliquid, neq; uerisimile esse, neq; credi debere: propterea, quo d non aliter ex Maria natus sit, atq; per uitrum sol penetret, uel per canalē pluia in terram feratur. Hunc nos errorem, & diligenter & multis, ut pote mire nos, refutauimus. Et quanquam pertinacissimè rex sentētiā suam tueretur, tamen quū emphasis eidē in hisce Scripturæ locis, In semine tuo, tuo, Itē, De fructu uentris tui, tui, Item, Qui natus est ei ex semine Dauid secundū carnē, subinde inculcaremus, dixit suū ipsorū commodum Luteranos agnoscere nō posse. Porro si suam hic sententiā recipiant, nullo negocio omnia omniū Zuinglianorū argumēta in cœnē causa et per celli et subuerti posse. At nobis hic, inquit, non cū Zuinglianis, sed cū Anabaptistis res est, sicq; affecti sumus, ut neq; in

In uestri gratiam, neq; in illorū odiū ea  
facturi simus, quæ nos parum deceāt.

Pluralitatem uxorum, quāquam fa-  
tebatur rem esse et nouam hoc seculo, et  
vix ferendam, tamen peccatum ea in re  
agnoscere haud uolebat. id quod fere so-  
lent, qui à populari aura pendētes, hoc  
solum agunt populo, ut ob cōstantiam  
placeant. Sic enim iudicant, satius esse  
agnitum etiā errorem non fateri, quām  
cū nominis per scelus quæsiti iactura,  
si quid deliquerunt, agnoscere. Ac quū  
nos uicissim illi obijceremus, nihil stulti  
us esse, ac sanctorum exempla, quæ &  
uerbo Dei & præcepto non commen-  
dentur, imitanda proponere. Respōdit  
Deū quæ patribus permiserit, ipsis quo  
que pro peccato non imputaturum.

Atq; hæc fere earum rerū, de quib; us  
cum rege in primo conflictū egimus, sū  
ma & ueluti epitome est. At uero in alte  
ra disputatiōe, aliquāto mitius respōdit.  
Ibi enim, quanquā regnū illud Christi  
corporale, quod mille post resurrectio-  
nē annis duraturū sit, aliquo usq; adhuc

tueretur, tamē neq; se, neq; Rotmannū,  
neq; ex prophetis quenquam certi ali-  
quid ea de re unquā uel sensisse uel do-  
cuisse fatebatur.

At uero magistratum, quām hīc ef-  
ferre cōcepit: Magistratus, inquit, Dei or-  
dinatio est, cui obedientiam debemus  
nos, siue probisint, qui pr̄esunt, siue im-  
probis, id quod copiose apud Paulum  
uidere est. Proinde peccatum etiam hic  
meum agnosco, ut qui contra Dei man-  
datum ac Cesareas leges, gladium ac re-  
giam dignitatem à propheta tātum ius-  
sus, usurparim, adeoque tantum sangu-  
nis, huius rei gratia effundi utrinq; pas-  
sus sim.

In iustificationis causa nihil muta-  
uit, eam sententiam quam in priore con-  
gressu amplexatus fuit, adprobans,

Baptismum paruuolorum ita adhuc  
reiecit, ut tamen si uita donaretur, om-  
nes Anabaptistas ad silentium ac obe-  
dientiam adacturum se polliceretur. In  
ea enim nunc esse sententia sese, ut sati-  
us esse ducat baptismum infantibus im-  
per-

pertiri ex obedientia, quam eius rei gratia sursum deorsum miscere res mortalia.

In synaxeos & coenæ negocio similis sui extitit, in pane quidem Christi corpus edi, in uino sanguinem ipsius sumi confessus, sed tamen incredulo, eum panem nihil præterquam panem, & uinum nihil præterquam uinum esse.

Errorem de humanitate Christi uti recantaret, nullo pacto induci potuit, promisit tamen, si uita donaretur, ne uerbum quidem unquam ea de re facturum se. Ad haec uti omnes Anabaptistæ consenserint, nihilque ulla de re unquam docent, breui effecturum.

Pluralitatem uxorum eatenus liberâ esse hic dixit, quatenus unanimi magistratus consensu per totam ecclesiam admittatur, quod si à magistratu prohibetur, liberam esse non posse. Eoque & omnes Anabaptistas, qui aliter fecerint, peccasse plures uxores ducendo, & ob turbatum reipublicæ Christianæ statum, non immerito in manum hostium

suorum incidisse. Quid moror? Multa nobis in hoc colloquio audita sunt, quæ insignem miseri hominis cum inconsistam tum malitiam arguebant.

Iam hunc conflictum alia cū Knipperdolloingo ac Krechtingo lucta excēpit, qui ut neq; calliditate neq; facundia regi pares fuere, ita maius tedium nobis peperere ac fastidiū. Et aptior futurus Knipperdollingus ad gladiatorium munus erat, quam ad religionis controversias tractandas. Porro si quis descriptionem eius hominis requirat, nihil de Catilina scripsit Sallustius, quod nō in hunc quadret aptissime. Magna uifuit & corporis & animi, sed ingenio malo prauoq;. Cui etiā ab adolescentia bella intestina, cædes, rapinæ, discordia ciuilis, grata fuere, ibiç; iuuentutē suā exerceuit. Animus audax, subdolus, uarius, cuiuslibet rei simulator & dissimulator, alieni appetēs, sui profusus, ardēs in cupiditatibus, nō nihil loquentiæ, sapiētiæ parū, uastus animus, immoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat.

Hæc

Hæc inquam, ut uere fortassis de Catilina scripsit Sallustius, ita tamen æque recte in Knipperdollingum dici possūt, cuius temeritatem ac malitiam rex etiā ipse audientibus nobis incusauit. Nam uenisse aliquando ipsum, ac propalam uociferatum esse dicebat, Quod Iohā à Leida sit in corporalibus rebus, idem se in spiritualibus esse debere. Et quū regē habeat corporalem, eequū esse, ut spiritu alem quoq; habeant, eā esse patris uolūtate, id quod in corde suo testificet sp̄ritus. Alias quoq; uenisse eundem fatebatur ac dixisse, Spiritum sanctū in corde suo testificari, tū demum Monasteriēses uere iuxta Patris uolūtatem uicturos, si reiectis noui pariter ac ueteris instrumen̄ti libris, suis quisq; cogitationibus & sōnījs obsequatur. Cuius stultitiam postea imitatus Phryso quispiam, pro sp̄irituali papa haberi uoluerit.

Nihilo melior Krechtingus erat etiā si is olim à literis alienus omnino non fuit, quas tamen postea anabaptismi sacris iniciatus, præ nimia sanctitate con-

temp sit. Certe quod ad ferociam & sedi-  
tiosum animum attinet, plane hic par-  
cum pari congregatus, & iuxta prouer-  
bium: Esernius Pacidianū naētus erat.  
Cum huiusmodi igitur monstris com-  
missi, quam bone Deus absurdā, quam  
ridicula, quamq; à Scripturis aliena au-  
diuimus: Krechtingus inter cætera libe-  
rum arbitrium de nouo defendere co-  
nabatur. Negabat item uim & efficaciā  
peccati originis. Quidc' pluralitatem u-  
xorū in iustificationis causam immis-  
cuit, homo non iniustus omnino, si plu-  
res uxores, et carnalis illa uoluptas iustif-  
facit. Huiusmodi artificio, quum in to-  
to illo cōflictu uterentur, maluimus scri-  
bendo, quam frustra altercando, nego-  
cium hoc transigere. Quocirca in carce-  
rem iterum coniectis scripsimus, & re-  
scribentibus iterum respondimus, bre-  
uisbus ea, quæ perperam ac minus recie-  
adseruerant, confutantes. Quæ omnia  
ubi disputatio nostra cum rege habita  
prodierit (prodibit autem breui) copio-  
sius, ac describi hic possunt, & uisurus  
&

& lecturus es.

Cæterum post hosce nostros conflitus, non diu in vinculis habití, sed statim Monasterium, mactandi uidelicet, ducti sunt. Altera post Agnetis dies, ei negocio destinata est. Rex pridie quām mactaretur, interrogatus, Vellat ne sacerdotem ad se, cui peccata in aurem insusurraret, adduci, an secus. Respondit: A prudentis viri colloquio ac consilio non abhorrere se, imò magni beneficij loco habiturum, si dominum Iohannem à Siberg, principis facellatum colloquij causa ad se admittant. Nihil hic petenti negatum. Protinus enim ut haberet, in cuius ueluti sinum omnes animi aestus effunderet, is quē uolebat, missus est. Qui postea ad nos reuersus, miram fuisse miseri hominis poenitentiam renunciauit, adeo, ut etiam ingenuè confessus sit: Si decies occidi possit, mortem certe decies meritum esse se. Et tamē induci non potuisse, uti errorem de baptismo ac humanitate Christi recātaret. Ante omnia hoc conquestum dicebat:

m 5 Dole

Dolere sibi uehementissimè, quod illu-  
strissimi principis Lantgrauij fidelissi-  
mum consilium toties ac tam superbe  
aspernatus sit, quem nunc tandem intel-  
ligat pio zelo, socia arma cum Episco-  
po contra furorem tum suum tum ciui-  
tatis, quum omnis generis admonitio-  
nes aspernati essent, cōiunxisse. Quod  
si presens Lantgrauius esset, suppliciter  
se eius delicti ueniam oraturū, id quod  
nunc à Coruino ac Kymeo, quam pri-  
mum in patriam redeant, fieri cupiat.

Knipperdollingus neq; consilij neq;  
colloquij causa admitti quenquā ad se  
orabat, antea in medijs etiam tormentis  
gloriatus, quod nihil sibi cōscius sit, sed  
Dei tantum gloriam, ac suā ipsius salu-  
tem, cum omniū rerum iactura quæsie-  
rit. Eadē arrogantia nobis quoq; antea  
obiecerat, Luteranos in hoc tātū esse E  
uāgelicos, quod subinde cōueniant, ac  
inter pocula psalmos aliquot decātent,  
se uero à rebaptizationis tempore, non  
cantiunculis, sed re ipsa Christianismū  
suum ac professionem cōprobasse, Imo.  
8

& iuxta Patris sui uoluntatem semper  
uixisse, & in nullo reū postea factū esse.  
Amabo te mi Spalatine, quid pharisaī  
mum uocabis, si hoc non est pharisaū  
agere? Eadem fuit & Krechtingo perti-  
nacia.

Postero igitur die ad tribunal iudicis  
ordine pertracti sunt, adeoq; accusati.  
Regē primo egere reū, maxima flagitia  
ac facinora, queq; inficialem statū haud  
quaquam admissura erant, utpote toti  
Germaniæ nota, eidem obijcietes. Qui  
siue ad desperationem actus, siue mor-  
tis terroribus extra se raptus, contra ma-  
gistratum quidem peccasse se respōdit,  
sed non contra Deum. Quasi uero non  
eadem ratione & in Deum & in Dei or-  
dinationem peccetur. Confessus tamen  
& anabaptismum, & seditionis & la-  
se malestatis crimen, morti adiudicatus  
est. Ad quem modum et in Knipperdol-  
lingum et Krechtingum quum ob eadē  
crimina accusarētur, neq; inficiari quæ  
designarāt, possēt, lata mortis sentētia.  
Rex omnium p̄imus, quū ad suppli-

cij locum, qui editior aliquāto à terra ex  
structus erat, duceretur, flexis genibus ac  
manibus complicatis, hæc tantum effa-  
tus, Pater in manus tuas commēdo spi-  
ritum meum, ad palum deligatus est.  
Post ignitis ac carentibus forcipibus  
aliquandiu excruciatus, ac enectus, ma-  
gno certe sacrificorum, quorum ualde  
ferax semper fuit Monasterium, applau-  
su & lætitia. Quibus etiam ad solidum  
gaudium nihil defuit, præterquā, quod  
Luterani quoq; eodem supplicij gene-  
re non tollerentur ē medio. Non hic di-  
cam, quanta fortitudine in perferendis  
cruciatibus istis usus sit, ( neq; enim uel  
uocem emisit, doloris testem) quod eam  
uirtutem ethnici etiam præstiterint al-  
quando, atq; adeo certum sit, satanā ijs  
quos irretitos tenet laqueis suis, fere ro-  
bur addere ac constantiā. An non enim  
Socrates iam fam cicutam bibiturus, eti-  
am iocatus in Phœdonē est, admonens,  
ut uoto se liberans, Aesculapio gallum  
persolueret? Et Phocion iam iam necan-  
dus, animo adeo sublimi mortem con-  
tem

tempſit, ut etiam Atheniēſibus, qui im-  
meritū ad mortem rapiebant, eam felici-  
tatem imprecatus ſit, ut ne unquā Pho-  
cioniſ meminiffe poſſent.

Cum animam egiffet rex, duciſtus ad  
idem ſuppliciū eſt Knipperdolleſtingus,  
qui tamen ad palum deligatus, an ali-  
quid locutus ſit, nescio. Certe qui non  
tam procul à ſupplicij loco aberant quā-  
nos, dixiſſe cundem ferūt; Deus propi-  
cius eſto mihi peccatori. Alias inter cru-  
ciatus perpetuum silentium fuīt. Po-  
ſtremo Krechtingus, eodem ſupplicij  
genere perijt, quē adhibitis forcipibus,  
biſ, O pater, ô pater, exclamantem audi-  
uimus. Multos uidere hic fuīt, quibus  
ſpectaculo hoc nihil iucundius accide-  
re potuifſet. At nobis, ac alijs nobis cum  
perpendentibus, quicquid factum hu-  
iū ſit, propter peccata noſtra factum eſ-  
ſe, haud ita iucundum fuīt. Evidem iu-  
re ac merito ē medio ſublati ſunt, iſtūce  
nīm quis ſanæ mentis non fateatur: Sed  
tamen interim noſtra quoq; peccata ag-  
noſcere deſebamus nos, quorum & e-  
normi-

normitatem & magnitudinem Deus hi  
sce ceu flagellis ulcisci uoluit.

Quod si nūc perinde atq; consecrato  
bello, in utramuis aurem ociosi dormire  
cooperimus, eadē insania Euangeliū cur  
sum remorantes, ac antea, iam uehemē  
ter timeo, ne nobis quoque usu ueniat,  
quod de satana Christus dicit in Euāge  
lio. Cum immundus sp̄ritus exierit ab  
homine, perābulat per arēta loca, qua  
rens requiem, & non inuenit. Tunc dī  
cit: Reuertar in domum meam priorē  
unde exiui, & cum uenerit, reperit eam  
uacantem et scopis purgatam atq; orna  
tam. Tunc abit, & adiungit sibi septem  
sp̄ritus sceleratores se, & ingressus ha  
bitat illic, & fiunt postrema hominis il  
lius peiora primis. Sic erit & generatio  
ni huic peruersæ.

Porro quis neget, Euangeliū & contē  
ptum et persecutionem, nusquam maiore  
rem fuisse in toto orbe, atq; in inferiore  
Germania? Rursus, quis non fateatur  
nusquam sectarum maiorem, atq; ibidē  
esse hubertatē? Videlicet sic contemptū  
sui

sui ulciscitur Dominus, uel Apostolo teste. sic enim inquit, Pro eo quod dilectio nē ueritatis non receperūt in hoc, ut sal ui fierent, propterea mittet illis Deus ef- ficiā illusionis, ut credant mēdacio, ut iudicentur qui nō crediderunt ueritati, sed approbauerūt iniustiā &c. Sed ad tē. Cum dignum de facinorosis homīni bus sumptum esset supplicium, inclusi tandem sunt singuli in singulas fiscellas, easq; & ferreas & cancellatas, ita ut à lō ge et cōspici & agnosci possent. Ac post ad summitatē turris diui Lamberti adfīxi, non solū in hoc ut perpetua harū re- rū extet memoria, uerum etiam ut omni bus seditiosis exemplo ac terrori sint ne quid tale uel tentēt uel audeant in poste rū. Atq; hic fuit pessimæ huius tragœ- diae pessimus exitus. Annū ac diem in quo acta hæc sunt, uersibus plusquā ex temporaneis ita nos complexi sumus.

Quingentos si ter numerare fideliter annos

Pergas, dein senos addere terq; decem.

Regis habes certum tempus tunc iure necati,

Quo nix in terris nequior alter erat.

Deinde diem si nosse uoles, Vincentius illum  
Martyrio fecit tempus in omne sacrum.

De euangelico negocio, quod tu fot  
san in ea ditione bellè procedere arbitra  
ris, nihil est quod maximopere glorie.  
Imo tanto Anabaptistis iniquior sum,  
quāto certius comperi, illorum malitia  
ac perfidia factū esse, ut uix mutire nūt  
audeant, qui antea ueritati fuere addi-  
ctissimi. Nimirum ijs, penes quos rerū  
summa est, semper timentibus, ne illud  
doctrinæ genus, quod profitemur nos,  
ab Anabaptistarum dogmatis diuersū  
non sit, quum tamen à terra cœlum tam  
non distet, quam nobis cum turbatori-  
bus istis & ecclesiarum & rempublica-  
rum non conuenit.

Certe Episcopus ipse uir & bonus  
& comis, & humanus & syncerus est,  
quem etiam ego ob insignes illas, & ue-  
re heroicas cum corporis tum animi do-  
tes, non possum non & amare & suspi-  
cere, et reuereri ex animo. Testis harum  
rerum aula ipsius est, tam egregia nobi-  
litate referta, ut nihil supra. Nobilitatē  
metu-

metiuntur non arrogantia uel titulorū  
uel stemmatum, sed uirtute ipsa, quę res  
ueræ nobilitatis apud priscos etiam ori-  
go fuit. Quid dicam de ijs, quos & à se-  
cretis et ab epistolis habet? Videre in eo  
sodalitio est uiros & eruditione & pieta-  
te & multarum rerū usu claros. Me cer-  
te ac Kymeum nostrum ita tractarunt,  
eo loco habuerunt, ut si fratres germani  
fuissent, amantius non potuerint. Qui-  
bus etiam rebus ita nos sibi deuinixerūt,  
ut nullo unquam æuo intermoritura a-  
pud nos sit illorū memoria. Et dabitur  
aliquādo opportunitas, copiosius de hi-  
scē rebus dicendi. Obiit per hosce dies  
apud nos Iohannes Cāpis, illustrissimi  
principis nostri Lātgrauij Cōcionator,  
uir & bonus & doctus, & de pietate op-  
time meritus, et cui uel in primis pieta-  
tem principis nostri, secundum Deum  
debemus. Certe si uotis promoueretur  
aliquid, optarim in locū illius æque bo-  
nū et syncerum subrogari. Neq; enim  
parui refert, bonos Concionatores con-  
spici apud eos, qui & capita rerum sunt

n hoc

hoc tempore, & uel in primis doctrinā  
fouent Euangelicam. Sed procul dubio  
Deo hæc, modo precibus nostris assi-  
due pulsetur, curæ erunt. Pulsari autem  
& uult & debet, ueluti Christus inquit:  
Orate Dominum messis, ut mittat ope-  
rarios in messem suam. Vale mi Spalati-  
ne, & me quod facis, perpetuo ama, re-  
damantem te mirifice. Ex VVicenhu-  
sio Cattorum, XXXVI.

*Aliud Constantiæ exemplum.*

Viennæ Pannoniæ ( à uiro magna  
fidei id indicatum ) uno die multos ob-  
catabaptismum, & alios erroneos arti-  
culos submersos esse. Funibus enim ita  
ligati, ut alter alterū post se traheret, do-  
nec omnes præcipites ruerent, suffoca-  
rentur. Sed hoc dolendum, quod ne  
unus quidem ex illis palinodiam cecine-  
rit, & si uarijs argumentis Scripturarū  
admonerentur, & conuincerētur. Latō  
ac iucundo uultu poenam sustinuerunt,  
quasi cum morte & carnis cruciatibus  
non esset certandum, aut non coram  
iudi

sudice sistendum uero & infallibili, qui  
corda hominum nouit, & iudicat.

*Exemplum de Turcis.*

Budæ, urbe regia Pannoniæ, 63  
Turcas, qui incendio deuastarunt ma-  
gnam Transsyluaniaæ et Vualachiæ par-  
tem, uidi decollari, ex quorum tum nu-  
mero ne unus baptismo inaugurus,  
& si uarie adhortarentur promissioni-  
bus & minis. Potuissent omnes euade-  
re, uitamque seruare, si Christo nomen  
dedissent. Non mirum itaq; sit, si Ana-  
baptistæ obstinato animo & desperato,  
laeti in ipsis tormentis fese ostendat. Te-  
meritas non coronatur, sed fides & de-  
uotio.

*Ex Libris de Gestis Scander-  
begi aliud exemplum de ob-  
stinatis Turcis adij-  
cere placet.*

Nam quum sedato eo furore, & sub-  
lata in urbe belli materia, Castriotus ad  
baptizandos intendisset animū, maior

pars ad preces & obtestationes uersari  
gare, ne inuitos cogeret ad eam rem, si-  
mulare se posse præsenti eo mortis pau-  
re Christianos futuros, sed nūquam ue-  
teres suorum sanctiones obliuioni tra-  
dere posse. Nihil recusatueros, si ad sup-  
plicium spectent, nihil tamen ad animū  
transmissuros. Volentibus ea tradi, non  
coactis debere. Obscurare tamen per in-  
uictam eius dexteram, per satis iam ul-  
tos patris & fratrum Manes, ut se nunci  
os saltem eius cladis, & tantę rei gestę di-  
mittat ad Amurathem. Deposita iam  
cum armis ira, Scanderbegus licet indi-  
gnam aliqua miseratione, sceleratā cen-  
seret gentem, conspectans tamen iner-  
mes, & supplices tendentes dexteras, fa-  
cile uita pariter et libertate donauit. Sed  
paucis (ut audio)uti eo munere licuit,  
nam urbem egressi, in libidinem alio-  
rum, & auidas uulgi manus incidere.  
Nouis Christianis (nam aliquot fuere)  
ad ingentes gratulationes, affatim de o-  
mnibus prouisum. Stipēdia, domus, ui-  
ctus, & reliquum famulatus ex publi-  
co

co decreta. Tamen custodiri iussi, donec nouæ character religionis recentibus a nimis coaluisse cognosceretur, præcipueque in ea nouitate rerū, ne aliquid fraudes molirentur.

*Seditiosæ conciones, 1529.*

Quum omnia turbarent, cœlū terrę miscerent Catabaptistę, tam in agro Basiliensi quam Soloturenſi, Rustici male feriati homines illis (ob libertatis dulcedinem & iucunditatem, quam in exterrnis rebus desiderant, sperant, affectant, se indepturos, omnem operā polliciti) arma subministrarunt, adiuuaruntque clancularijs consilijs, hospitia & pecunias in hoc dantes, quo semel in incepto opere pergerent, hoc est, ut Magistrum Dei ministrum, cui obediendum erat, annihilarent, Verbi ministros, qui illorum errores & scelera detegebant, contemnerent, ut census & decimas eo prætextu abrogaret. Propterea etiam ad rauim usq; clamabant contra magistratum Christianum, et Ecclesiæ synceros mini-

182 DE CATABAPTISTARVM  
stros. Dominus iustus erit iudex contra  
hos falsos prophetas.

*Infidiae Catabaptistarum,*  
*Anno 1524.*

In agro Sungauiae & Brisgauiae, A-  
nabaptistæ mira & stupenda mouent,  
apud simplicem plebeculam, nouarum  
rerum auidam, quæ Euangeliū ueritate  
priuata est. Aduolat cateruatim noctu-  
tanquam ululæ, interdiu in sylvis den-  
sis, cum mulierculis latitant, ne capian-  
tur. Nec mirum, quum tot Ecclesiæ,  
proh dolor, pastoribus careant, uerbo-  
que Dei, uero animæ pabulo destitute  
sint. Nam mens hominis nequaquam  
quiescit, auidaque est ad nouæ religio-  
nis institutum. Dabunt rationem Deo  
Principes, quorum est, hoc hominum  
genus aut fustibus abigere, aut om-  
nino, si resipiscere nolle, iure Diuino  
punire.

De

*De Patientia Catabapti-  
starum, 1530.*

In quodam Rheni loco, quinque anabaptisticæ sectæ robusti homines, in ipso ætatis flore submersi, qui ne gematum quidem ediderunt. Pecora putasse ad mortem duci, non homines. Eaç patientia multos ex adstantibus ita commouit, persuasit, animosq; incendit, ut crederent tales habere ueram Euangelij doctrinam, quum usque ad mortem in errore perstarent. Vitam simplicem, mores candidos, innocentiam in rebus externis, preseuerantiam in ipsa mortis pugna laudabant. Hi sunt ueri hæretorum mores, & hæc est uia seducendi commodissima. Propterea Origenes pulchre nos admonet, mores hæretorum describens in Libro Homeliarum, Capite xvi in Ezechiem. Ac iuxta mei quidem animi sensum, inquit, multo nocentior est hæreticus bona uitæ, & plus in doctrina sua habet

autoritatis is, qui doctrinā conuersatione maculat. Qui enim uitæ pessimæ est, nō facile homines ad falsum dogma solicitat, nec potest per umbram sanctitatis audientium decipere simplicitatem. Qui uero sermone peruersus est & discliplinis salutis cōtrarius, mores autē compositos & ornatos habet, nihil facit aliud, nisi ut accipiat indumenta uaria insituti boni, & cōuersationis quietæ, & circundat ea idolis suis, ut magis decipiat audientes. Idecirco sollicitè caueamus hereticos, qui cōuersationis optimæ sunt, quorum forte uitā nō tam Deus, quam diabolus instruxit. Nā quomodo quādam illecebras escarum aucupes propoununt, ut facilius aues capiant per oblationem gulæ, sic(ut audacius dicā) est quædam castitas diaboli, id est decipula humanæ animæ, ut per istiusmodi castitatem & mansuetudinem, & iustitiam possit facilius capere, & falsis sermonibus irretire. Diuersis diabolus pugnat insidijs, ut miserum perdat hominē, & bonam malis tribuit uitam ad decipien-

piendos uidentes, & malam bonis inuitant conscientiam. Mihi ipsi qui in Ecclesia prædico, laqueos sæpe tendit, ut totā Ecclesiam ex mea conseruatione confundat. Et ideo plus hi qui sūt in medio, oppugnantur ab inimico, ut per ruinam unius hominis, quæ celari non potest, omnibus scandalum fiat, & impediatur fides per conuersationem pessimam clericorum, &c. Vide hūc locum, qui plura uolet cognoscere.

### *Patientia in tormentis Hispanorum.*

Sæpe tormentis pro silentio rerum creditarum immortui, adeo illis fortior taciturnitatis cura, quam uitæ celebatur. Eadem etiam bello Punico serui illi us patientia, qui ultus Dominum inter tormenta risu exultauit, serenaq; lætitia crudelitatem torquentium uicit.

### *Aliud patientiæ exemplum.*

Ter aquis immersus, retractusq; robustus Catabaptista, non semel in periculo deprehensus, Hancq; poenam cōstan-

stanti uultu Deo gratias agens patiebatur. Dimissus & abactus ea conditio-  
ne, ne redeat in agrum, aut omnino quis submergendus. Et ut suæ abitionis  
fidem det, iussus digitos in cœlum leua-  
re, uerbaq; præscripta recitare. Renuit  
Catabaptista manibus et pedibus, Hoc  
non faciam, inquit, frustra hoc saxum  
uoluitis. Iuramentum nullum præsta-  
bo, nam Dominus in suo Euangelio in-  
hibuit iurare neq; per cœlum, neq; per  
terram, multo minus per nomen suum,  
quod sanctum est. Abibo autem in ali-  
am regionem, si hoc solum urgetis, &  
nunquam ad uos Dei hostes reuertar.  
Indigni enim estis donis Dei, & ut pñ  
homines uobiscum conuersentur. Lot  
ego uester fui, docui Dei uoluntatem, eā  
autem respuitis. Breui ignis è cœlo ca-  
det, & perdet uos omnes, ob peccata ue-  
stra qua polluti estis. Sicque abiit stu-  
pidus homo & arrogans, multis comi-  
tantibus eum suæ farinæ hominibus,  
quos captiosis interrogationibus occæ

cabat. Tandem post multos Vlysseos  
errores, non sine magno rerum suarum  
dispendio resipuit. Utinam Anabapti-  
stæ timerent falso iurare, & eorum ita,  
esset ita, sed ferè est non. Nolunt quic-  
quam promittere, ne periuri sint, cum  
secus agunt. Cur timerent iuramento a-  
liquid promittere? Quia illud nunquā  
uenit in animum, quod uelint seruare,  
propterea satius eos non iurare, ne in  
manus Dei cadant. Nam vindicta Di-  
uina periuros tandem perdet.

*Aliud patientiæ, aut potius  
temeritatis exemplum.*

In arce Honburg Basiliensis agri,  
vinculis Catabaptistarum præcipui de-  
tenti, qui eam ferè totam regionem tur-  
barant, hancq; sectam die noctuq; semi-  
narant. Amādati à Senatu ministri Ver-  
bi, ut ab eis, quid nam doctrinæ populo  
proponerent, aut à quo missi uel electi,  
perquirerent sedulo, quicq; fieret, quod  
se

se ab Ecclesia catholica, quæ nihil doc-  
ret quam Christū esse Filium Dei, segni-  
garent, in sylvis densis & speluncis sua  
conuenticula eligerent. Qui enim ueri-  
tatem habet, lucem amat, & tenebras fu-  
git, ut opera illius conspicua fiant. Col-  
lationem Scripturarum habere Cōcio-  
natores cum illis uolebant, & cum Scri-  
pturę loca adducerētur de uera Ecclesię  
Christi doctrina, unus ex Catabaptistis  
interrupit sermonem dicens, Nō opus  
habeo ulla instructiōe catholica in fide,  
Spiritū sancto sum imbutus, postquam  
baptismū accepi, quiq; ad id quod Deo  
placitū est, iam olim inhortatus sit. Iux-  
ta Christi dictum Ioannis 6. Cap. Om-  
nes erūt docti à Deo. Frustra igitur uos  
legati adduxistis illos uestrros dominos,  
papistico oleo unctos. His auditis, u-  
nus Legatorum, qui missus erat à Ma-  
gistratu, Catabaptistas alloquebatur.  
Hoc mihi, inquit, à Magistratu commis-  
sum & iniūctum est, ut uobis omnibus,  
qua possum eloquentia & diligentia, i-  
mō etiam seueritate & serio proponam.

Ar.

Arrigate aures, ne demum dicatis more  
 solito, uos aut non audisse, aut non intel-  
 lexisse. Si bona fide promiseritis uos ex  
 agro Basiliensiabituros, & nunquam  
 reuersuros, nisi ducta pœnitentia, abiur-  
 ratoq; isto pessimo errore & seditioso,  
 tunc sine noxa & damno dimittemini.  
 Sin minus, et fallere pergitis, dabitis pœ-  
 nas uestræ inobedientiæ malitiæq; dig-  
 nas. Ad hoc edictum quidam respon-  
 dit, erat enim loquaculus alias & secula-  
 ribus in rebus ualde prudens rusticus,  
 Quale hoc edictū? Vos Domini terræ  
 non estis, satis superbè nobis præscribi-  
 bitis regulam discedendi. Dei iussum se  
 qui uolo, qui Psalmo 31 dicat, Inhabitā  
 terrā. Eamq; inhabitabo, in qua natus  
 sum, educatusq;, & nemo me expellet  
 ullo præscripto uel mādato, dum uiuo.  
 En elegantem Theologū & in Scriptu-  
 ris exercitatū. Dominus seductoribus  
 ignoscat, qui simplices homines in no-  
 centissimos hos errores induxerunt.

Christum hac in re non imitantur,  
 qui iussus discedere, statim discessit, re-  
 lin-

linquens p̄ijs exemplum (nam & eam  
dem doctrinam discipulis suis dederat,  
ut de ciuitate in ciuitatem migrarent)  
discedendi ab ijs, à quibus odio haben-  
tur. At isti phanatici spiritus, qui cum  
abiguntur ex urbibus, discedere nolunt.  
Quin non solum nolunt, sed & iure se  
hoc facere dicunt, eo quod pelli neque-  
ant. Nam Domini, inquiunt, est terra.  
Sed uide Matth. Cap. 9, quid ipse Do-  
minus terræ faciat. Placidè discedit, cū  
posset eos magno incommodo afficere.  
Potentiam enim suam ostēderat in pot-  
cis submersis. nec indignatur, nec ma-  
ledicit, nec p̄ minatur, nec se ulciscitur.  
Sic etiam quum Abimelech rex diceret  
ad Isaac patriarcham, Gene. 26, Disce-  
de à nobis, quia potentior nobis factus  
es, discessit ille. Nō est igitur in alicuius  
ditione manendum ipso inuito, etiam si  
maxime prodesse possis. Quæ igitur in  
fania istos homines uexat, ut & con-  
tra Scripturam & cōmunem tranquil-  
litudinem tam improbe agant, tam scelera-  
tē pudori ac sanctimoniae domum clau-  
sam

clausam habeant, patentem atque adeo  
expositam cupiditati & uoluptatibus;  
Et hoc maiorem adfert stupiditatem,  
quod tam multi probi & simplices ho-  
mines illorum doctrinam extollant, il-  
lis adhærent, cum maximo suo detri-  
mento. Cæci sunt, ruunt in propriū  
exitium, non admittunt Doctorem &  
monitorem. Putant se impletos spiritu  
& inebriatos adeo, ut iam deinceps nec  
errare, nec peccare possint, Subsiliunt  
præ gaudio, quod in istorum peruerso-  
rum hominum numero sint deprehen-  
si, Spiritum iactant, quem non habent,  
spiritu nigro fortassis prædicti, qui eos  
ad omne malum impellit. Dominus il-  
luminet oculos eorum luce ueritatis.  
Amen.

### *De Semicatabaptista et eius uxore.*

Semicatabaptista uxorem habens an-  
nosam, & ualde deformē, sed Anabapti-  
sticissimā, cui permittebat liberecꝝ con-  
cesserat nocturnas coitiōes fratrū adire,  
quas multis in locis instituerat, sperans  
bre-

breui eam in adulterio , aut alio scelere  
deprehēsam iri, quo commodius diuor-  
tium fieret. Verum haec spe falsus , quū  
nullum repudiū causam inuenire aut cō-  
minisci posset, sedulus enim indagator  
erat, alia uia tentare rem instituit. Vxor  
semel in foro cōmercandi gratia ea, que  
per totam hebdomadam usui forēt, hæ-  
serat ultra præscriptum tempus , domū  
reuersa à Marito ira accēso amaris uer-  
bis & minacib⁹ increpata, quid nā tot  
horis in foro egisset perquirente. Num  
in latibulis catabaptisticis ingurgitarit  
se uino, aut Veneri & uoluptati indulse-  
rit. Illa constantissimē negare , rem do-  
mesticam more consueto curasse. Sed  
miser ille inuolat in crines Vxorcule,  
per gradus eam trahens, iterumq⁹ retrai-  
hens, & pugnis bene dedolans, ut semi-  
mortua in paumento iaceret, sui ratio-  
nem nullam amplius habens, ob vulne-  
ra quædam capiti inflicta. Porcum illic  
maestatum fuisse, si uestigia conspexiles  
absq⁹ dubio dixisses. Fugam, cum uxo-  
rem tenuem spiritum exhalantem ani-  
mad-

maduertisset, nebulo adornabat. Collectis autem viribus, & ad se rediens miserera & seducta muliercula, domi se continebat. Et maritus quoquo modo poterat, eam iterum placans, Tōforemque ad se uocat, qui medicamina vulneribus adhiberet. Quid accidit? Domo, marito absente, se mox proripuit, ad amicum quendam, catabaptisticæ factionis hominem (qui ex paupere tonsore iam distissimus est factus, abiurata illa secta. Ita solent sub pretextu religionis domos vi duarum deuorare.) illi suam calamitatem, & infortunium conquerens. Semicatabaptista autem fuga uxoris cognita, mox sub ipsam noctem accurrens more bestiarum, pultans ædes impetu quodam, in quibus uxor latebat. Heus bone vir, inquit, cur uxorem meam domi tuæ includis, detines me ignorantem, seducis, et polluis secta noua, responsatricemque facis? Est ne hoc probi viri officium? Redde eam mox sine ulla contradictione, aut fores pedibus perfringam, tamque tragœdiam excitabo, ut tandem multis pe-

cunijs redimeres, quod nunquam ędes  
tuas ingressa esset. Iste nihil simulans re-  
spondit, Fateor, uenit ad me flēs & san-  
guinolenta, quam non potui nec debui  
excludere. Assidet uxori meę tristis, affli-  
cta, illachrymās, saucia. Ingredere si pla-  
cet, ędes iam apertae sunt. Vide miserū  
spectaculum, cuius tu es autor. Qui  
fit, quod adeo crudeliter & inhuman-  
ter fragilem sexum tractasti, ob leuiculā  
rem. Indicij sat habet, te more Turcarū,  
ne dicam latronum, cum ea egisse. Meli-  
ora de te, qui hactenus occultus nostrā  
doctrinā discipulus fuisti, concepera-  
mus, & in multis, uti scis, tuo consilio  
usi sumus. Quis satan te diuexat, agitat  
que, que Erinnys te perdere uult, ut mu-  
lierculam miseram tot plagis, & imme-  
rentem quidem sic affligeret? Pudeat  
te illius facti, homo omnium importu-  
nissimus. Aliud quæris, quām p̄ te  
fers, quod Dominus suo tempore reue-  
labit tuo maximo malo. His auditis, in-  
sanus hypocrita expalluit & iracundi-  
or factus, adeo ut clamaret publica in  
pla-

platæa, adiectis minis, ni restituatur uxor, se uelle tumultum excitare. Et uiciniam tandem post multas contentiones appellans, Hic homo, inquit, uxorem meam secum habet, nescio, quid hic se etarij cum uxorisbus agant aliorum maritorum. Bohemica sacra instituunt, omnia nefanda perpetrant his in conuentibus. Vxorem meam peto, quam ducam domum, nolis uelis. Vicinia acurrente, Anabaptista rubore perfusus, forte ob fratres & sorores illic latantes, cōuentū nocturnū & sacra expectantes, reddidit uxori, ihs precibus, ut eam agnoscat fragile uas, et à qua multas pecunias in dotē accepisset, pulchros filios haberet. Reducta uxore domū, nihil melius habebat, sed multo crudelius et inhumanius q̄ alias unquā tractabat, donec aufugeret. Anabaptistisq; adhæreret tota, nihil maritū iā amplius, quē dicebat in spiritu separatiū propter dissidentē religionē, curās. Nec opus esse ullo diuertio, cū coram Iudice adstaret, libere effusiebat, se nihil deinceps cum isto insa-

no, et atheo marito negotij habituram,  
**O** misera mulier, ô miserius maritus,  
 qui autor & causa fuisti, quod uxor, cuius  
 caput tu eras, seducta, et quod peius  
 est & detestabilius, in errore nocentissi-  
 mo perseverat. Hæc acciderunt Anno  
 1534.

*Epiph. de Anomœis, fol. 443.*

Audiuimus quo osdam dicētes, quod  
 ab ipso palam audiuerunt, quum quidā  
 accusarentur ob absurdum factū, quod  
 cum muliere dormiuissent, & ab ipsis  
 condemnarentur, ille omnino non indi-  
 gnabatur, sed etiam frustra illudebat, dī-  
 cens nihil esse tale. Corporalis enim, in-  
 quit, est necessitas & ministerium uelut  
 aurem scalpimus. Et ipse quidem uere-  
 or dicere, quæ impurus ille narrauit. Ac  
 cepta, inquit, penna aut sarmento, au-  
 rem scalpimus, & sic cessat pruritus cir-  
 ca aurem. Ita & hoc, inquit, contingit  
 secundum naturam, & si quis perfece-  
 rit, non peccat, &c. Eam castitatem &  
 nostri Catabaptistæ sedulo imitantur.  
 De

*De Muntzero & Catabaptistis,  
ex Commentarijs cuiusdam  
in Psalmum 120.*

Muntzeri sagittæ erant seditiosæ uoces, quibus iusta imperia abolere nitebatur. incendebat animos simplicium exemplo Gedeonis, Iosua et similium, qui diuino mandato Philistæos eiecerunt ē terra. Commemorabat magistratum uitia, quod aut uerbum persequeretur, aut secundum uerbum non uiuerent. Iggitur docebat nullam eis deberi obediētiam, non deberi censem, &c. Hæ sagittæ simplicium animos confodiebant.

Anabaptistarum sagittæ erant, Baptismum esse efficacem in credentibus, Pueros non credere, Ergo non baptizādos esse. Item, Prius docendos esse homines, quam baptizandos secundū sententiam, Ite, docete, baptizate omnes gentes. Pueros antequam doctrinā pos sunt intelligere, baptizari, Ergo rebaptizandos esse. Quidam dignitatem baptismi eleuabant, quod aqua nihil face-

ret ad remissionem peccatorum , quam  
tamen Christus immediate coniungit  
cum Spíritu , in regeneratione, Ioan. 3.  
Huiusmodi sagittis confixa imperitorū  
pectora, quantum uis stultos errores cō-  
pleciebantur.

*Anabaptistæ liberati reuocant.*

Duo ex Catabaptistis præcipui, sel-  
quipedalia uerba perpetuò sonantes,  
de Retinctionis effectu & potentia,  
è carcere Basileæ, quorundam precibus  
liberati, & hac conditione dimissi, ut  
quocunque in loco docuissent, seduxi-  
sent, decepissent, illum adirēt, simplices,  
quos falsa opinione imbuerant, admo-  
nendo, rogandoque, ne doctrinæ illo-  
rum crederent, quam scirent, iam me-  
lius edocti, erroneam, seductricem, dia-  
bolicam esse. Se falso, per blandiloquen-  
tiam quorundam, neque unquam iu-  
stificationis negotium recte intellexi-  
se, ob id non mirum, in errorem ob ex-  
terna solummodo lapsos. Hoc etiam  
egre

egregie præstiterunt, sicut promiserant.  
O fideles cauete à lupis, qui ueniunt ad  
uos in uestitu ouium, intus sunt lupi ra-  
paces, animarum occisores.

*Virgis cæsi Catabaptistæ.*

Duo antesignani ex catabaptistica  
sece, Basileæ ferreo torque ornati, pu-  
blico in foro ad horæ spaciū. Qui cum  
populi ingens numerus ad tale specta-  
culum, ut moris est, conflueret, contí-  
nuo ridebāt. Vnus, qui cordatior erat,  
concionabatur de resipiscientia uera,  
& nouitate uitæ. Se scire edoctum ab  
Angelo Gabriele, Catabaptismum illis  
non adeo odiosum fore, si cessarent à  
uitijs, omniaque communia haberent.  
Et quum uirgis cæderentur per urbem,  
spiculatorem hilari uultu adspiciebant,  
inhortabāturq; eū, ut strenue suo perfū-  
geretur in cædendo officio, se propter  
Christum & uerbi eius in baptismo ue-  
rū intellectū libenter pati. Præscriptum

locum adsecuti, relicti à spiculatore, & cum abitum pararent, conuersi ad subsequentes, Literas sceleratorum aut infames, inquiunt, nemo post nos mittet, neq; ullius criminis arguet, quia propter Christi uerbum hoc tormenti genus subi uimus. Quidā dicebat ad illos, Imo propter satanā, peruersi cordis instigatorē, tale quid passi estis. Ite & resipiscite, & tutus reditus ad nos iterū uobis erit. Si Dominus, inquiunt, nos iusserit redire, parati erimus ad omnia. Nonne Domini est terra, & plenitudo eius. Tyranni isti de terra peribunt, & nos sancti & cōtempti in hoc mundo regnabimus. Vos autem maledicti ibitis in ignem æternū, paratū uobis & diabolo. Exaltabit Dominus tandem caput super omnem, qui nomen eius in Catabaptistis persequitur.

### *De Revocatione Catabaptistarum.*

Anno 1530, multi Catabaptistarum, Basileæ, publico in rostro summi tem-

pli

pli sclestissimam illam sectam reuocarunt, utinam ex animo factum sit, tanquam coram Deo. Quidam ascendens cathedram, adstantibus multis pījs hominibus, ridebat, quum potius flere debuisse, agnito errore. Detestati sunt alta uoce hanc hæresim, promiseruntq; coram omnibus neminem hoc ueneno infectum se domi iam deinceps fouere, aut alere, aut hospitium præbere uelle. Pœnitere iam ex corde sui erroris. Ecclesiæ membra nunc factos, & fidelibus iterum annumeratos, usq; ad finem uitæ filios permanuros. Domino gratiā cedente. Precabantur deinde populū, ut illis ignoscant, non ex malitia, sed ex mira simplicitate peccasse & errasse. Sic que domum, iuramento præstito, abierunt, multa garrientes de constantia in afflictionibus.

*Aliud exemplum deduc Bauariae.*

Dux Bauariæ, (ut fama fert) Catabaptistarum magnam cateruam cepit, & prostrauit. Qui autem ex illis reuocarunt

runt impium & seditionis dogma, (exceptis doctoribus & autoribus huius erroris, quibus nulla euadendi via) eos pallio gryleo, undique cruce insignito, induebat dicens, Patellum scelerosorum hominum esse, nouum se institutum ex hereticis ordinem, qui ab Ecclesie gremio egressi, in perpetuam rei memoriā. Coacti enim sunt miselli isti, per totum uitae spacium, hoc palliolo dominicis & festis diebus uti.

*Dc incarcerato quodam  
Anabaptista.*

In Liechtstal, oppido Basiliensis directionis, Catabaptista ob uarios errores, quibus imbutus erat, captus. Et cū ob uitæ honestatem & morum integritatē notus ad annos aliquot fuisse, dimitti conclusum ab prudenti Senatu Basiliensi esset, si iuraret solum se abiturum, quemcunque in locum uellet, saltem agrum Basiliensem non incoleret. At qui noluit id obstinatus homo promittere. Malle se dixit in carcere perire, pe-

pediculis consumi, quam iuramentum  
præstare, quum expectet quotidie Pa-  
tris uocem, quid nam ille mandet sedu-  
lo acturus. Tandem bene exercitatus fa-  
me et squalore carceris, iurauit, & abiit.

*Anabaptistæ combusti.*

In Passauia Germanæ ciuitate, Cata-  
baptistarum ingens numerus captus.  
Octo ex illis cōbusti, duæ mulieres sub-  
mersæ una die. In numero uirorum pa-  
ter cum duobus filijs erat, quos diligen-  
tissime, ne in tormentis à catabaptismo  
deficerent, admonebat pater, Machabe-  
os inculcans. Multi ex illis resipuerunt,  
publicam poenitentiam ad aliquot dies  
Dominicos agentes. Nudis enim pedi-  
bus incedere, candelas cereas & arden-  
tes in manu gestare cogebantur. Tan-  
dem præsenti populo, in Ecclesia pera-  
cto sacro absoluti sunt, prius abiurato  
& execrato catabaptismo, secta seditio-  
sa & abominabili.

Alia

*Alia historia.*

Basileæ Catabaptistæ passim ex a-  
gro nexi uinculis, ingēs rusticorum nu-  
merus adductus, anno 1529. Inter quos  
etiam ij, qui uirgis probè ante mēsem cę-  
si erant, secz nunquam reddituros spopō-  
derant, & si nullo iuramento se obliga-  
sent Senatui. Nolebant enim id præsta-  
re, quo illis tutum esset regredi. Nonne  
satanica sunt organa, latitant in angu-  
lis & montanis locis, sua uenenata do-  
ctrina simplicibus imponentes. Pessi-  
mum hominum genus seipsum ad mor-  
tem et tormenta offert, non ob iustitiam  
& ueritatem Euangelij, quibus omni-  
no destituti sunt uirtutibus, sed ob scele-  
ra, nempe ob falsam doctrinam, & flagi-  
tia inaudita, ob turbas, quas ubiqz conci-  
tant, ob fidem non semel fractam, ob ad-  
ulteria, quibus impudenter polluitur,  
ob desidiam & perfidiam. Prætereori-  
bens immania facinora, quæ ubiqz loco-  
rum impudenti ore, fronte, & operibus  
designant.

De

*Dc Apparitione satanica.*

Philippus Sacellanus olim in Rhin  
felden oppido, catabaptismo , quantus  
quantus fuit, adhæsit, à satana callidissi  
me illusus. Basileæ enim per multos pla  
teas & angiportus, querula uoce clam  
tās, discurrit, Pœnitētiā agite, inquit,  
à peccatis desistite, Dominus breui ade  
tit, calicem furoris in manu habet, &c.  
Quidam ex Concionatoribus forte for  
tuna incurrit in hominē, stupidus, quid  
nam sibi hic homo uelit, expendens. Tā  
dem inquit, Quid nobis agendum, &  
à quo es missus? Ait Catabaptista, Ces  
tate tandem à baptismo paruulorū, ab  
insectatione & persecutione fratrū no  
strorum, alias satan uos uiuos discerpet,  
& hostium multitudinem instigabit ad  
perdendum ciuitatē illam, sicut porcos  
Gergesanorum. Ego missus sum à Deo.  
Edocuit me Archangelus Gabriel, qui  
iussit ire ad Marchionis Ernesti ducatū  
pœnitentiam prædicaturū simplici po  
pulo, sicq; institutum iter continuauit  
cur-

currendo per ciuitatis portam . Verum  
post tertium diem rediit miser iste ho-  
muncio , more ueteri hinc inde cursitas ,  
maioricq; uoce clamitans , & si increpa-  
retur , ut taceret , Pœnitentiam agite no-  
papalem , sed ueram , quam nos fratres  
syncero corde suscepimus , ideo & loti  
ab omnibus peccatis , ut iam puri simus  
ab omni macula & ruga , quia filii Del.  
Filii enim Dei peccare non possunt . Ne  
que opus habemus ita deinceps oratio-  
ne à Christo edocta . Senatus Basiliensis  
iussit stolidum hominem in carcere in-  
duci , quid nam sibi per cōciones has tu-  
multuarias uelit , inquisitus . Tandem  
turbulentum ingenium rationis non ei-  
se compos , ea qua est prudentia , intelle-  
xit . Propterea è carcere dimissus , & ex  
agro Basiliensi proscriptus . Abiit dein  
de Lucernam constanti animo , alta uo-  
ce eiulans hoc carmen Pœnitentiā obo-  
ni uiri agite , instat dies Domini extre-  
mus , perditio uestra adeat , in meo consi-  
lio acquiescatis . Raptus est , in carcere  
ductus , & post dies aliquot dānatus &  
sub

submersus. Vide satanæ illusionem. Istarat apud fratres suæ farinæ, se Lucifer nō moriturum, sed in Mompelgart, quos prius ad Euangelij cognitionem perducturus sit. Ultimo se, repugnanti bus hypocritis Euāgelio, suo sanguine testaturum, doctrinam quam seminas- set, ex Deo esse.

*Quam historiam aliter ex relatu ali-  
orum scripsit Eras. in Libro*

*23 Epistol. Tomo 3.*

Accidit hic quiddam, Democriti na-  
ris, an Heracliti lachrymis dignius, tu-  
tudicabis. Sacrificus quidam huc adue-  
nit, is simul atq; hospiti suo pecuniolā,  
quā debebat, numerasset, Vale, inquit,  
& age pœnitentiam. Moxq; progres-  
sus in publicum, exhibuit nobis alte-  
rum πρόσλεγομον, clara & articulata uoce,  
serio uultu clamans, Agite pœnitenti-  
am, agite pœnitentiam, agite pœni-  
tentiam, imminet uobis manus Domi-  
ni. Cum hoc preconio complures di-  
es, per omnes ciuitatis uias obambu-  
la-

308 DE CATABAPTISTARVM  
lauit. Ingressus sumnum templum, co-  
pit incorruptam Canonicorum uitam  
detonare. Id ridebant plerique, neglig-  
bant alij. Tandem ingressus dicitur &  
Oecolampadianorum templo, et in hos  
multo tum liberius tum atrocius uocife-  
ratus est, itentidem animarum interem-  
ptores appellitans. Interpellauit illū qui-  
dam, Heus tu, uocas ad poenitentiam, &  
de, quid nobis censes agendū, & quibus  
modis sit placādus Deus. Ibi ueluti nu-  
mine afflatus, Gorgoneis oculis intui-  
tus percontatorē Pharise, inquit, quid  
metentas? Nō aliud iussit me loqui Spi-  
ritus. Dicitur & in monte Pellicardī  
*πρόσθεμον* egisse, quum nec illic quen-  
quam reperisset, cui liberet agere poen-  
tentiam, ipse tres menses conclusus cat-  
cere, pro omnibus poenitentiam egit, Il-  
lic dimissus, iuxta præceptum Euange-  
licum, excusso pedum puluere, huc de-  
migravit, ubi quum multo minus arri-  
deret nomen poenitentię, duci iussus est  
in carcerem. Quā duceretur, nihilo seg-  
nus clamabat, Agite poenitentiam. Al-  
ter

ter satellitum, ni taces, inquit, improbe,  
 hunc pugnum ingeram in os. Ille tan-  
 to magis clamabat, Agite pœnitentiam.  
 Quid actum sit in carcere, non liquido  
 scitur. Dimissum constat, hac lege, ne re-  
 deat in dit ionē huius reipublicæ. Mox,  
 ut accipimus, contulit se Lucerīā, quæ  
 ciuitas sic est infensa nouis sectis, ut nō  
 alia magis. Illuc aliquot diebus ~~προσθέμενος~~  
 functus officio, in hoc quoq; retulit no-  
 bis Ioānem Baptistam, quod coniectus  
 est in uincula, in illo dissimilis, quod il-  
 le decollatus, hic exustus est, nimirum  
 quod Baptistam male repræsentaret A <sup>Submersus</sup>  
<sup>est, non ex-</sup>  
 nabaptista. Quæ secta quum magis in-  
 uisa sit principibus quam ulla cæterarū,  
 propter anarchiam, & rerum commu-  
 nionem, quam prædicare dicuntur, ta-  
 men nec templum habent usquam, nec  
 regnum moliuntur, nec ulla vi se tuen-  
 tur, et habere dicuntur multos moribus  
 longe synceroribus, quam caeteri. Quā  
 quā quid ibi synceri esse potest, ubi cor-  
 rupta est fidei integritas? Si nobis cor-  
 vus à Ieuā crocitetur, commouemur, &

aliquid grande malum imminere credimus, & hominibus uocem risimus omnes. Multis iam annis quid malorum non uidimus? Exactiones, tumultus, bella, cardes, pestilentias, famē, seditiones. Quis studuit uel pilo fieri melior? Occallimus aduersus flagella Dei, obduruimus aduersus illius medicamenta. Quid superest, nisi extremę calamitatis diluvium? Utinam res felicius cedat omnibus, quam mihi præsagit animus.

*De induratis Catabaptistarum erroribus etiam in ipso mortis agone.*

In arce Honberg (quæ Basiliensium est, iter ferè unius diei à ciuitate distat) erant multi catabaptisticae fecis antesignani in uincula coniecti. Inter quos erat puella x vii annorum, nomine Hudeli, formosula profecta atque obesula, quam sancti homines efflictim depetabant. Qui omnes uno die ter à spiculatore aquis immergebantur, quia iusurā dū datum neglexerunt, in erroreq; quē abiurarunt, manserunt, aliosq; induxerunt

nūt. Nec ullo modo, etiam admotis tormentis, ut ex agro Basiliensi, relictis erroribus, cederent, cogi poterant. In summa, catabaptismo neq; renunciare, neque doctrinis arijs, quibus diffuebant undiq;, finem imponere, neq; laboribus consuetis & à Deo iussis, quibus uxorē & liberos sustentarent, insudare uolebant. Peruersum genus hominum et occatum. Hoc Psalmistæ dictum perpetuo in ore, more insanientiū, habebant, In terra tua maneas. Item, Omnia debet esse apud fideles, et in Christo regatos, communia. Et illud, Nos qui uero baptismō sumus tinti, peccato caremus, nec peccare etiam possumus, quia filii Dei non peccant. Item illud, Pastores qui beneficia ecclesiastica habet, ex diabolo esse. Apostolos nihil habuisse, p̄ prij, de domo ad domū iuisse, si prādē dū aut cœnādū, Nemini Spiritus sanctus dona data esse, nisi retinctis. Quis enumeret illorū erores, & absurdā dogmātarū Historiam semel inceptā ad finem ducam. Quū quidam præstarent, digitis inv

212 DE CATABAPTISTARVM

cœlum sublati, iuramentum, se nunque  
in hunc regionis tractum redituros, &  
mox redirent, Patrem se id iussisse, quū  
incusaretur perfidie, dicebant. Sicque De  
um suæ malitiæ operculum, ô Cœlū, fa-  
ciebant. Ex quibus unus in torrente, ex  
montanis per prata decurrente, cum iā  
suffocandus esset à carnifice, alloqueba-  
tur erecto collo pastorem suæ Ecclesiare,  
qui & uicinus & compater illius erat, et  
à quo multis beneficijs affectus fuerat  
iam à multis annis, quique etiam comes  
individuus, & si multis conuitijs à Ca-  
tabaptistis proscinderetur, illi adhære-  
bat, nihil aliud querens, nihil desiderans,  
nisi animæ mortuæ uitam, & ouis perdi-  
tae sanitatem & restitutionem. Cataba-  
ptista iam iā submergendus, ligatis ma-  
nibus et pedibus, in hæc prorumpit vo-  
cem. Heus tu pastor, beneficium Eccle-  
siasticum desere, eo enim habito, Euan-  
gelium nunquam sincere prædicabis.  
Et cum hæc virulento ore, quemadmo-  
dum reliqua, effunderet, mox præcipi-  
tabatur è trunco arboris, in quo ligatus  
fede-

sedebat, à carnifice in abyssum aquarū,  
in quo & mortuus est, nec ullam uocē  
amplius emisit, adeo obstinatus erat.

Quò putas, pie lector, animam illius tā  
maligni hominis, q̄ etiā ausus est impu-  
dēti & mendaci ore deblaterare, se nō o-  
pus habere oratione Dominica, euolas-  
se? Sed firmiter credo, ut quidam suæ fa-  
rinæ homines postea dixerunt, eum nū  
quam hoc die se suffocatum iri, in ani-  
mū induxisse. Reliqui autē, cum aquis,  
erat enim frigus, bene abluti et complu-  
ti cum Hudelina Gellia essent, non lāti  
& gaudentes, quemadmodum Aposto-  
li, sed tristes, stridore dentium laboran-  
tes abibāt. Progressi parum itineris mā-  
didi fratres, Hudelinā subtristem & pa-  
lidam, ne deficeret ab eorum secta, con-  
solabātur his uerbis. Nostra charissima  
sororū, decus Ecclesiæ nostræ, aquis ho-  
die loti sumus, adstantibus multis pījs &  
probis uiris, qui ad nos breui, uisa no-  
stra constantia, & in periculis solatio,  
in cruce patientia, deficient. Deum spe-  
statorem & chorum Angelorū habui-

mus hac die, qui canticum illud cantarunt, Gloria in excelsis Deo. Hi sunt, quos in derisum habuere. Hoc est uere Christo adhærere innocētiæ & fidei nostræ præmium accipere, idem Christo & Apostolis accidit. Hodie testati sumus, Baptismum nostrum, & doctrinā à Christo esse. Puerorū baptismum, esse loturam anserum. Hac uia itur ad astram. Perge mi Hudelina, nobisq; te adiunge, senties Dei auxilium. Magistratus nobis fauet, pastorum instinctu ita parum in nos furere solet, sed non ex animo. Hac astutia multos deceperūt, persuaseruntq; Magistratum sibi bene uelle, etsi omnia turbarent, cōfunderēt que. Impudens mendaciū est, quicquid ex ore illorum exit. Hypocrisis illa in extremo iudicij die manifestabitur.

*Ex Epiphanij Libro 1. T o. 3.  
fol. 144, de Marcionit  
tarum lauacris.*

Non solum autem unum lauacrum apud ipsos datur, sed etiam tria, & ultra dare

dare licet apud ipsos, si quis uelit, sicut à multis audiui. Contigit autem hoc fieri ipsi, ut tria lauacra dari permetteret, propter ludibrium quod sustinuit à discipulis suis, qui ipsum norant ex delicto ac corruptione in uirginem commissa.

Nam quā corrupisset in ciuitate sua uirginem, & aufugisset, atq; in magno delicto inuentus esset, excogitauit prestigia tor sibi ipsi secundū lauacrū, a Terēs lice re usq; ad tria lauacra, hoc est tres baptis mos, dare in remissionē peccatorū, quo si q; lapsus esset post primū, pœnitentia acta, accipiat secundū, et tertīū similiter, si in delicto post secundū comperiat. Pro fert autem nimirū, ut se à ludibrio cōseruet, & ut hoc confirmet, q; post delictū rursus purgatus est, et de cetero innocēs est, testimoniu de hoc ementiens pbabile, ut per similitudinē decipere possit, nō autē hoc significet, quod ipse uult. Baptizatus, inqt, Dominus à Ioāne dicebat discipulis, Baptisma habeo baptizari, et qd uolo, si iā ipsū perfeci. Et rursus, Poculū habeo, ut bibā, & quid uolo, si iam

complebo ipsum, & sic plura dare baptismata docuit.

Catabaptistarum eadem sententia in isto supra auditio colloquio est, sed alium ferē prætextum habent.

*Idem Epiphanius eodem in loco de Marcionitis.*

Dant etiam permissionē mulieribus, ut baptismum dent. Apud ipsos enim omnia sunt ludibrio plena, & nihil aliud, quum etiam mysteria coram his, qui instituuntur atque initiantur in sacris, perficere audeant.

*De Bernensibus Anabaptistis.*

Bernæ sex (ut à quodam, qui suis oculis hæc uidit, hausi) ex Catabaptistarum secta, belli homines & audaces, dum disputatio publica haberetur, capti et in cœnobium Dominicanorum detrulsi, quod contra publicam fidem, qua gaudebat, friuole egissent. Incœperat enim in plateis, & in angulis platearum, in hospitijs discurrere more insanientium, et concionari stupenda, Cōcionatores uo-

cabant hæreticos, seductores, ueteres, futes, latrones, eos placentia loqui solum, contemptores instituti Christi, sanguinarios. Baptismum puerorum esse ex satana, &c. Sicque uolebant seditionem & turbas excitare, ob multitudinem quæ illic confluxerat, ut differentes de articulis fidei audiret, percepturaque quæ nam pars superior futura esset. Hæc consilia sunt satanæ, sed nihil effecerunt. Hec ac ciderunt Anno 28.

### *De Innocentia catabaptistica.*

Catabaptista impudens, in rustica quadam domo (se nactum esse occasionem suæ malitiæ proferendè accommodatissimam putans) pernoctabat, in qua puellarum chorus, ut moris est hyemaliter tempore in pagis, confluxerat ex tota vicinia cum colis, nendi gratia. Nebulo iste retro fornacem tacitus sedebat, saltandæ fabulæ initium captas, uestes enim abiecerat clanculum, et nudus, quasi diuino Spiritu adflatus, in puellarum gregem desiliit, manu silentiū innuens,

118 DE CATABAPTISTARVM  
se de innocentia, quam primi parentes  
peccando perdiderant, sermonem habi-  
turum iucundissimum, gratumq; om-  
nibus, præcipue puellari pudicitia. Pu-  
ellæ uiso hoc monstro (quæ fabellis ob-  
lectabantur ridiculis, laborisq; tedium  
nænijs quibusdam more solito fallebat)  
clamore sublato aufugerūt. Nam bene-  
mentulatum aiunt, qui hoc portentum  
uiderunt, Anabaptistam fuisse. Pater fa-  
milias audito hoc strepitu & cachinno,  
cum filijs & seruis è somno excitantur,  
quid nam rerum agatur, sedulo perqui-  
rētes. Cognito scelere, Catabaptista, qui  
concionando uetulis quibusdam, qua-  
rum aures pruriebant, perstabat, uirgis  
ex scopis extractis adeo dedolarunt, in-  
nocentiæ encomium decantarunt, ut fā-  
guinolentus totus fieret, quem & nocte  
tenebrosa abegerūt in malam crucem,  
qua dignus omnino erat, additis minis,  
nisi mox se proripiat ex agro isto. Sicq;  
miser bene cæsus, abiit indignanti sto-  
macho ferens hoc innocentiae præmissū.

Epi

*Epiphan. contra Adamianos,*

*Lib. 2. To. 1. fol. 219.*

Primū quidem dicunt, tales Ecclesias suas, siue latibula & speluncas (sic enim meritò appellauerim hæreticorū conuēticula) in hypocauſtis, id est locis qui sub tus incenduntur, extruere, subincende re uero infernè, ut sit tepor ad calfacti onem intus in domuncula congregato rum. Dū autem ingrediuntur, sunt qui dam uestitū custodes, ad fores instar Cāpsariorum ab ipsis cōstituti. Et quilibet ingrediens, siue uir siue mulier, exuitur foris, & ingreditur nudus, uelut ex ma tre, uniuerso corpore. Et q ipsorū prin cipes uidētur ac doctores, omnes uelut ex matre sedent, aliij supernè, aliij infernè mixtim ac sparsim. Sūt autē apud ipsis, q uidelicet cōtinētes dicunt, & uirgines se esse iactāt, ueluti seipso decipiūt, et le ctiōes, et alia omnia nudi faciūt. Si uero uifus fuerit quis (nā & hoc dicunt) in de licto esse, eū nō amplius in congregatio nē admittūt. Dicūt enim ipsū esse Adā, q comedit deligno, et iudicāt ut expellat è pa-

220 DE T C A T A B A P I S T A R V M  
ē paradiso, hoc est ex ipsorum Ecclesia.  
Putant enim suam Ecclesiam esse para-  
disum, & seipsoſ esse Adam & Eua.  
Qua igitur ratione subincendunt do-  
mum, ut ne frigus ipſoſ contingat? A-  
dam enim & Eua nō in hypocauſta do-  
mo uitam egerunt, neq; incendio quo-  
piam comprimebantur, neq; frigus ip-  
ſoſ grauabat. Erat autem ipſis aer puri-  
ſimus, & omni temperamento ordina-  
tē ex Deo refertus, neq; frigoris aduersi-  
tate intentus, neq; moleſto æſtus feruo-  
re incitatus. Et diæta immortalis, & lo-  
cū ex Deo factus ipſis dispositus erat,  
iucunditate et uitę opulentia redundās,  
& neq; frigori, neq; æſtui, uelut dixi, ex-  
positus. Quum autem hi talibus indige-  
ant, ualde ludibrio expositi ſint. Dein-  
de uero etiam aliud conſideremus, quo  
modo uniuersus ipſorum error redar-  
guitur. Neq; enim una hora aliqua illi  
nudi erant, ſed perpetuò, & non uerecū  
dia confundebantur. His uero, non ob-  
id quod non pudeſiant, nuditas adeſt,  
etiam ſi ſic ipſi putarunt, ſed inexplabi-  
lis

lis voluptatis gratia, quæ oculorum pur  
pillis delectationem inducit. Ablata est  
enim ab ipsis uerecundia, quæ in omni  
bus sanctis Scripturis laudatur. Et uerē  
implentū est id, quod apud Prophetā dī-  
ctū est, Aspectus meretricis tibi est, im-  
pudens factus es erga omnes. Cæterū  
post horā illam foris uestibus induūtur,  
et non amplius sunt Adam. Neque enim  
ille statim uestium copiā habuit, sed pri-  
mum folia fici, postea tunicas pelliceas,  
& post multum tempus uitæ ipsorum,  
uaria Dei sapientia cognitionem ipsis  
immisit uestimentorum. Et omnibus mo-  
dis subsannabuntur ipsi, dicentes seip-  
sos esse Adam & Euam, mentientes cō-  
tra seiplos, & simul uerum dicentes. Nā  
quod hi Adam non sunt, manifestū est  
ex multis indicijs, uelut etiam ostendi-  
mus. Quod autem ab intelligibili serpē  
teludificantur, id manifestum est ex af-  
ticia ipsorum forma, et nuditate, et tur-  
pitudine & ludibrio, &c.

Ada-

222. DE CÁTABAPTISTARVM

*Adamitarum Scortatio proximo  
seculo, ex Bonfinij Decade  
3 Li.2. Pag.390.*

Quum semper, uti Aphrica, semper  
aliquid noui apportet Boemia, longe su-  
periore absurdior hæresis emersit, quæ  
Adamitarum dicta est. Piccardus qui-  
dam è Belgis, traiecto Rheno, in Boe-  
miam penetrauit, qui præstigijs quibus  
dam, & mira calliditate fidem sibi con-  
cilians, magnam in suum dogma mul-  
titudinem coegit. Et occupata insula,  
Lusmicio amne obducta, se Dei Filium  
esse profitebatur, sectatores nudos in-  
cedere iubebat, appellare se Adam, pro-  
miscua connubia indulgere. Item pro-  
libidine quisque mulierem apprehen-  
dere, & in Adæ conspectum adducere,  
dicere, In hanc spiritus meus incaluit.  
Contra ille respondere Antistes, Cre-  
scite, & multiplicamini, & replete ter-  
ram. Hic cæteros homines, seruos uo-  
care, se tantum, & hoc modo natos, libe-  
ros dicere. Hinc quadraginta in proxi-  
mas

mas uillas homines prodiere, strictisque gladijs planè grassati, ducentos círciter Agricolas interfecerunt, quos diaboli filios asserebant. Verum quum hæc ad Ziscæ aures peruenissent, Admitæ, reseruatis duobus, unde superstítio nosceretur, ab eo ad unum omnes imperfecti sunt, Mulieres, quæ superfure, palam asseuerabant, Quicunque uestibus, & præcipue subligaribus ute-  
tur, ne quicquam esse liberos. Ab Ulrico Rosensi coniectas in carcerē, & præobstinatione ac pertinacia inaudita, incendio expositas, cum risu & cantu ferunt subiisse supplicium.

Colloquium Catabaptistæ  
& Orthodoxi.

Lutherò, librum Militibus inscriptū, in lucem diuulgāte, acre & ferè crudele certamē excitatum est inter quosdam. Catabaptista enim cum librum legeret, & pellecta una & altera pagina, abiecit à se, & corrugato naso, arridentique ore

ore dixit. Mendax est scriptum et diabolum, nullo in sacra Scriptura testimonio fultum. Christus enim aliter docet, nempe, Malo non resistendum, inimicis bene faciendum. Malum pro malo non reddendum, sed bonum malo. Ortho. Obscro dic, si latrones in sylua de sa mihi occurrerent, mecum strictis gladijs cominus aggrederentur, an abiectis armis obuiam ire, collum praebere, aut fugam capessere, uel me ipsum defendere, uim uirum repellere, quo ab illis nebulonibus liberarer, discriminemque uitę uitare, non ut illos vulnerare, perderem, aut prodarem, sed ne ansam darem malis istis satanae mancipijs peccandi contra sextum praeceptum Ne occides, debeā, nec nec Catab. Erras tota uia. An nescis, quid Christus in Matthæo dicat? Enarrabo. Quisquis, inquit, impegerit alapam in dexteram tuam maxillam, obuertere illi & alteram, &c. Ex ijs apparet, fidelis defensionis occasionem esse ablatam. Ortho. Quid si aliquis responderet, hunc locum non intelligis. Figurata est locutio ali-

aliisqe sensum requirit. Nuda litera hic non sequenda, sed Christi mens specta da, ueraqe sententia eruenda, et Patrum scripta consulenda. Vos Catabaptistae in hoc maxime erratis, simplices decipi tis, quod ueterum Interpretū scripta ne gligitis, aut non intelligitis, etiam si lege retis, et nouas quotidie interpretationes excogitatis, fингitis, quas uestris erroribus accommodatis. Veteres æquè Spiri tuu sancto adflati, atqe uestri Doctores. Et utinam Spiritum sanctum uestri ha berent, certe nihil cōtra Scripturam, ni hil contra Ecclesiam catholicam doce rent, aut dicerēt, Patrum lucubrationes non irriderent, nasoqe suspenderēt, qui sanguini suo non pepercerunt, ne Christum denegarent. Catabap. Nunc saepi us (ardebat et estuabat prे ira) apud me constitui, cum nullo ex unctis papæ, ru beæ meretricis filijs colloquium habitu rum, et si iam uoti semel suscepi imme mor fuerim. Nosco enim tanquam digi tos meos, omnes unctos per Episcopos, satanæ esse organa, condemnationique

q ob-

obnoxios. Esaiæ dictum, ut qui uideant, cæcifiant, implendum esse. Ortho-  
Mirum est, retinctos nihil aliud cogita-  
re & dicere, quam omnes præ se, obni-  
miam superbiam & arrogantiam sata-  
næ tradere. Timeo, ne sint satanæ mini-  
stri et, angeli quos in hoc elegerit, ut mū-  
dum turbent, conscientias trāquillas ue-  
neno mortifero imbuant, inquietasq;  
reddant. Qualis ne es tu Episcopus mi-  
seri populi, cui concionaris, cū noctuæ  
uolant. Eos omnibus modis seducis, à  
uia ueritatis auellis, fenestram omnium  
scelerum aperis tuis concionibus. An  
non seditionem, latronibus dare ansam  
grassandi in pios? Catabap. Loqueris  
ut Iudas, non sum Episcopus, sum de-  
fensor ueri baptismi contra papales lar-  
uas. Orthodoxus, Cur igitur doces, cur  
discipulos congregas, si non es Episco-  
pus, aut ab Ecclesia, electus uocatusq;  
in officium docendi. Nostri Hieremias  
dictum, Currebant, & non mittebam  
eos. Facitis, ut pater uester diabolus,  
qui in ueritate non stetit, quia ueritas in  
illo

illo nulla. Audisset meras blasphemias,  
é uirulento ore ebullientes. Obijciebat  
multa, quæ in dedecus sacerdotum un-  
ctorum uergebant. Mendacia impinge-  
bat, & plauftra cōuiciorum adducebat  
in optimos quoisque. Catabap. Quid  
igitur de baptismo sentis, quum tam  
strenue contra eos, qui tibi bene uolūt,  
pugnas? Contemnis ne Christi saluber-  
timum institutum, Babylonicae mere-  
trici in hac re seruiens? Dic ex animo, et  
non sine Scripturæ testimonij. Hoc  
nō potuit aditans Catabaptista ferre,  
interrumpens sermonem conuictio lo sa-  
tis uenusto. O uos purificatores anseri-  
ni, insanitis contra pios fratres. Sile tu,  
inquit alter, satisfaciam ego illi ad om-  
nia interrogata. Et postquam omne e-  
uomuisset uirus, quod iam olim com-  
pressum in labijs uiperinis contra un-  
ctos habebat, dixit Orthodoxus, Cur  
profundis tot conuictia in unctos, cum  
et tu in baptismo chrismate & oleo, mo-  
re in Ecclesia consueto, à Sacrificio sis  
delibutus? Catabaptista, A quo nam tu

q 2 hoc

hoc habes; uidisti ne? Orth. Id moris ha-  
cenus fuit in omnibus Ecclesijs. Es ne  
Pickhardus, aut ex media Barbarie? In  
terrogabo & te unum. Pueri tui, quos  
domi habes, sunt ne baptizati? Mutus  
ad hoc magis quam pescis, cum diu co-  
gitabundus quidnam responderet, non  
haberet, tandem inquit, Anserinum est  
balneū, tuus baptismus, & diabolicum  
institutum. Orth. Bona uerba quæso.  
Iræ das locum. Multa uos Catabapti-  
stæ audaci ore et procaci reprobatis, sed  
nihil Scripturæ adducitis, cæci cæconū  
duces. Scripturam peto. Catab. Ioānes  
fideles baptizauit, non pueros, hoc est,  
qui uerbo prædicato credebant, & uitā  
peccatricem relinquebant. Orth. Bene,  
quasi hoc nemo unquam sciuerit. Putas  
tu omnes illos fideles fuisse, qui à Ioā-  
ne tincti sunt in Iordanē contra quos tā  
minaci uoce loquitur, Genimina uipe-  
rarū, &c. Nescis fidem, donū esse Dei?  
quæ omnium non est. Catab. Hoc spi-  
culum ex tua pharetra non deprompsi  
sti, sed Oecolampadianum est, qui no-  
sti

ster infensissimus & acerrimus est hostis. Orth. Tu omnia nosti, semperq; sapis, dic per Deū, an ullus unquam Catabaptistis sic detraxit, pessima facinora quæ designarunt, in lucem protulit, atque tu. Id non semel ex ore tuo audīui, pernegare non audes, quia testibus te possem conuincere. Et quum euomuisset multas contumelias, fannas & contumias, homo turbulentus redit ad suos gloriamabundus.

### *De Extremo die.*

Catabaptista Herciniæ sylvæ accola, à Spiritu nō diuino, sed fallaci, sed deceptore persuasus, extremum diem in foribus esse, alta uoce hanc reuelationem uicinis suis, præconum more, annunciat, ut ad excipiendum Saluatorē Christum ē cœlo uenientem sepe parent, summa alacritate, facie in cœlū erat, quemadmodum Christus in Luca iubet. Sibi enim reuelatum esse à diuino Spiritu, neq; semel admonitum diuina specie, hac nocte in ictu oculi Dominū

adfore, & ni id indicaret suis uiciniis, &  
illi reliquis, Dominū ab eis poenas sum  
pturum. Et ut maiorem fidem apud sim  
plicem populum conquereret, empto li  
no mundissimo, gloriabundus incedēs,  
perreptansq; domos uicinas hoc insig  
ni ornatus, uxorem liberos, & familiā  
totam, indumentis cādidis prius in hoc  
confectis, induit, quæ innocentia sym  
bolum erant. Expectauit sedulo, in sum  
mo silentio per totam noctem, sublatis  
in cœlū manibus, oratione prævia, ad  
uentū Christi, repetitis sāpe ex imo cor  
de suspirijs. Sed post longam expectati  
onem, quum lux coelo data, sensit se de  
ceptum, eiq; à mālo spiritu impositum.  
Sicq; fabula omnibus, quibus hoc ma  
nifestarat, factus, cœpit tandem resipi  
scere, Spiritusque probare, an ex Deo  
sint, nec ne. Reor aures illius hac de re  
à Catabaptista quodam impletas, eique  
Philautiam imposuisse. Volebat ali  
quid esse inter homines, uiderique re  
liquis sanctior, cum quo Spiritus Dei  
loqueretur, futuraque aperiret. Non  
dum

dum enim eò uenerat, ut ex Scripturis  
didicisset, diem extremum nemini esse  
reuelatum.

### *De Operibus.*

Palam uos Anabaptistæ docetis, Fe-  
licitatē nulli posse contingere, nisi per  
iustitiæ opera, Ideo euacuandus est uo-  
bis Christus, quem Pater in hoc misit,  
ut pro desperatis hostia fieret. Hac ho-  
stia uos minime opus habetis, fiditis e-  
nim iustitiæ uestræ.

### *De Menandro Samaritano*

*Eusebius Libro 3. Ec-  
cle. hist. Ca. 26.*

Hic semetipsum Saluatorem dixit, ad  
hominum salutem de cœlestibus & in-  
uisibilibus seculis destinatum, afferens  
non aliter posse unumquemque ange-  
los seculi uincere, nisi prius à semet ma-  
gicæ artis per ordinem susciperet disci-  
plinam, & per baptismum à se datum,  
immortalis æternus effectus, in hac  
uita perpetuus fieret.

*Dolus anabaptisticus in cap-  
tura piscium.*

Erat aquatio luculenta, non fluens aqua, sed ex pluuiâ collecta, nec pisculeta, in quodam pago. Quid accidit? Anabaptista emergere per scelus cupiens, celebre nomen uenâs, noctu in eam aquationem piscium ingentem multitudinē importauit, quam proximis diebus magnō sumptu hinc inde collegerat per suos intimos discipulos. Sole lucis radios spargente, excitauit multos, tam viros quam mulieres, miraculum æditurus ad anabaptistî confirmationem, Petri capturam piscium imitari uolens. Timebat meridianum æstum, ne pisces per coenosam aquam, & equorum multitudinem, quæ quotidie in aquis istis lauabatur, corrumperentur, morerenturque. Aduolarunt mox multi, quibus aures adres nouas pruriuit, quid nam sibi hic homo uelit cum sua stoliditate, quoniam nulli pisces unquam uisi, stupidi. Silencium imperauit, adducebantur à suis re-

tia multis foraminibus plena, insilit in aquā primus uestibus succinctis, aduocat reliquos suae deceptionis consciós, iubet, ut extendant rete, ingentem numerum piscium Dominum illis daturū certo scire, secp̄ iam uidere adnatantes dixit. Traxerunt rete simul, gemitibus multis emissis, & oculis in cœlum sublati, clamabant, Aduua Domine contum nostrum, nam tuo iussu laxauimus rete. Et cum hoc dixissent, concluserūt piscium multitudinem copiosam. Rūpebatur autem etiam rete eorum, quod ex industria ita erat paratum. Annuerunt ihs, qui adstabant miraculum uisuti, ut uenirent & adiuuarent ipsos. Accursum est ab omnibus, & collegerunt optimos pisces, quos postea & diuiserunt, domumq̄ secum portarunt, magnifice splendideq̄ conuiuum adornarunt, hoc miraculum extollentes, quem admodum qui à Christo in deserto loco pasti fuerant. Cepit impostor ille pisces, quos coemerat, sed decepit homines. Quid factum? Admiratione omnes du-

cebantur, alta uoce clamātes, Deus ho-  
die miraculum edidit insigne, per hunc  
prophetam, bene nobis uult cum sua  
gratia, homines iam capiet, quemadmo-  
dum sancti Apostoli. Ex hoc apparet ta-  
les tam simplices ueram Christi doctri-  
nam habere. Verū miser iste sine Chri-  
sto piscatus est, ideo et sine Christo cum  
piscibus suis peribit. Diabolo inseruit,  
à quo accipiet absq; dubio mercedem  
fraudulento animo dignam.

Non iniucundum fore puto, imò u-  
tile, si historiā ex Lib. 3 Offic. Ciceronis  
huic facto annexam, ex qua fortassis an-  
sam accepit ad decipiendum simpliciū  
corda impostor ille.

Caius Canius eques Romanus, nec  
infacetus & satis literatus, quum se Sy-  
racusas ociandi causa, ut ipse dicere sole-  
bat, non negociandi contulisset, dicta  
bat se hortulos aliquos emere uelle, quo  
inuitaret amicos, & ubi se oblectare si-  
ne interpellatoribus posset. Quod quā  
percrebruiisset, Pythius quidam, qui ar-  
gentariam faceret Syracusis, dixit uena-  
les

les quidem se hortos non habere, sed li-  
cere uti Canio, si uellet, ut suis et simul  
ad coenam hominem in hortos inuita-  
uit in posterum diem. Quumq; ille pro-  
misisset, tum Pythius, ut argentarius qui  
esset apud omnes ordines gratiosus,  
piscatores ad se conuocauit, & ab ihs pe-  
tituit, ut ante suos hortulos postera die  
piscarentur, dixitq;, quid eos facere uel-  
let. Ad coenam uenit Canius, erat op-  
pare à Pythio apparatum coniuicium.  
Cymbarum ante hortulos multitudo,  
pro se quisq;, quod ceperat, afferebat:  
ante pedes Pythij pisces projiciebatur.  
Tū Canius, quæso, inquit, Quid est Py-  
thi, tantum ne piscium, tantum ne cym-  
barū: Et ille, Quid mirū, inquit, hoc clo-  
co est, Syracusis quicqd est pisciū. Hic a  
quatio, hac uilla isti carere non possunt.  
Incensus Canius cupiditate, cotendit à  
Pythio, ut uēderet, Grauari ille primo.  
Quid multa: impetrat, emit homo cupi-  
dus et locuples tāti, quāti Pythius uolu-  
it, et emit instructos, nomina facit, nego-  
ciū conficit. Inuitat Canius postero die  
fa-

236 DE CATABAPTISTARVM  
familiares suos. Venit ipse mature, scal-  
mum nullum uidet, querit ex proximo  
uiicino, num feriæ quædam piscatorum  
essent, quod eos nulos uideret. Nullæ,  
quod sciā, ille inquit, sed hic pescari nul-  
li solent. Itaq; mirabar heri, quid accidiſ-  
set. Stomachari Canius. Sed quid face-  
ret; &c.

*De Textore quodam.*

Quidam Catabaptistarū princeps,  
(licet indoctus textor, & satis avarus, ni-  
hilominus fratres suæ farinę benigne al-  
liciebat ad se, fouebat, tutumq; latibulū  
illis præbebat.) Felicem Mantz adiura-  
bat, ut uerbum Domini fratribus hinc  
inde dispersis prædicaret, qui propter  
Euangelij consolationem ad illius eđes  
sele congregarant. Agrum dixit se scire  
à semita publica dissitum, ut tuto illic &  
concionari & ab omnibus audiri possit.  
Perreptarū itaq; cum annuisset per ua-  
rias ciuitatis portas, ne quid suspicionis  
suæ collectionis ulli darent. Nam cau-  
tum erat, ne priuata Ecclesiæ fierēt. Per  
uen-

uentum ad locum destinatum, assessum  
ab omnibus. Felix Mantz orationē ar-  
dētem ex scheda fratribus prælegit, quo  
audiores essent, ad auscultandū ijs, quę  
propositurus illis erat. Concionē insi-  
tuit, excidit, quale thēma tractarit, quā  
& ad finem usq; feliciter, collaudātibus  
fratribus illius eloquentiam & constan-  
tiam in cruce, perduxit. Verum detecta  
est à quodam Senatui, qui sedulo uigila-  
bat, ne quis seditionem propter nouam  
doctrinam commoueret, coitio illa a-  
nabaptistica. Nam omnia ijs tēporibus  
sectis nocentissimis et tumultibus erant  
plena. Postera die ad Senatum quidam  
uocati ex illis, clanculariæ coitionis ut  
rationem redderent, admoniti. Immoti  
stabant, tāquam lapides, color immuta-  
batur, uultus, oratio, mens deniq; exci-  
dit. Quid agerent, quidue respōderent,  
cœperunt cogitare, animus enim illis  
nihil boni præsigebat. Tandem post  
longam deliberationem, unus ex illorū  
numero, libera & audaci uoce, abiecto  
omni pudore, respōdit. Se peripsemata  
mundi

mundi nihil contra Christum egisse, nihilq; à uerbo Dei discrepans in Ecclesiā admisisse: licet contra ueterem consuetudinem, & ritum quorundam concionatorū aliquid admiserint, sed Deo plus obediēdum esse quam hominibus. Vos Senatores cur nobis non permititis propriam ecclesiam? (Vide impudētiam illius hominis) in qua doctrinam Christi ueram spargere, baptismū p̄nitentibus conferre, coenam Dominicā peragere, excommunicationis uitium exercere possemus? Postquam superba illa excusatio, et tam amens responsum à prouido Senatu Basiliensi est auditum, obstupuerunt, consultant de remedio, metuunt maiorem calamitatem, si non principijs obstant. Notant impudētiam, amentiam, audaciam istorum hominum, apud quos autoritas Senatus ita nihil ponderis habebat, qui nouitati studebant, omnia populariter agebant, atque inuidiam p̄ijs omnibus & recte sentientibus de articulis fidei commouere tentabant, animos imperita mul-

titudinis concitare uolebant, Consultatum, ut commune istud periculum, seditionis speciem habens, communī uoto & præsidio tanquam aliquod incendium restinguatur, ne quid tumultus per seditiosas & improbas illorum cōtiones oriretur. Perpēderunt etiam maturo consilio, quām facile serpat hæresis, & peccandi consuetudo quām facile non reprimatur. Proscripti itaque sunt præcipui quidam, qui alios hoc ueneno retinctionis imbuerant. Quidam abiurato isto errore, honore, quo usi erat hactenus, spoliati, liberè dimissi sunt & carcere. Profecto prudens clarissimi Senatus consilium, & dignum ollæ operculum.

*Baptisterium humano stercore inunctum.*

Basileæ in templo sancti Martini stercore humano nebulones quidam, aut veteris superstitionis, aut catabaptismi defensores, baptisterium inunxerunt,  
in

in ueri baptismi cōtemptum. Quid sc̄ē  
leris non designant, quid turpitudinis  
in sancta symbola non admittunt, per-  
uersi & abducti à uera Christi religione  
homines? ne dicam bestiæ ratione ca-  
rentes.

*De Puerperis catabaptisticis.*

Basileæ uicinia tota, cum decretum  
exierat de baptizandis infantibus, affe-  
ctum misericordiæ induit erga cæcum  
hominum genus. Irruit in eðes Cataba-  
ptistarum muliercularum, nuper natū  
infantem per uim auferre, & Ecclesiæ,  
ueteri more, per baptismum offerre, pa-  
rētibus inuitis, solita est. Fortassis adeo  
subdolæ erant Retinætrices, ut uicinas  
mulieres subornarēt tale quid facere, ne  
à contribulibus suis incusarentur inco-  
stantiæ, nihilç subsidijs amplius ab illis  
haberent. Nam pecunijs multos in offi-  
cio retinuerunt, liberalissimi enim fue-  
runt erga suæ sectæ homines. Sicç ma-  
gistratui, qui tale præceptum diuulga-  
rat, ut pueri baptismō initiarentur, satis  
fec̄t.

fecerunt, & Catabaptistis gratum spectaculum suæ constantiæ & perseveratiæ ostenderunt, nempe inuisitæ ipsiſis infates esse raptos, baptismoq; quod Valentiano odio prosequuntur, insignitos dicebant. O uulpeculæ, et mancipia hominum.

*Astutia, qua simplices a recta  
fide seducuntur.*

Ex Augustanis Anabaptistis duo Coryphei, Oecolampadiū peracta concionem, quam Basileæ in templo sancti Martini habuerat, contracto supercilio & adierunt, & allocuti sunt. Cur, inquit unus, salutatione nulla præmissa, contra nos perpetuo in concionibus tuis pugnas, nos perdere, doctrinam nostram annihilare, quæ Dei est, quam in conscientia tua adprobas, moliris? Es neullo à nobis unquam affectus incommodo, aut Iæsus? Nos scimus catabaptismo te fauere, applaudere, non improbare, sed humanum quid hoc seditioso seculo iam pati, Penuria rerum domesti-

x ca-

242 DE CATA BAPTISTARVM  
carum si laboras, uel si fugam aut exiliū  
times, ad nos ueni, ædes nostræ tibi pa-  
tent, in singulos annos numerabimus  
200 aureos, quibus te absq; dubio & tu  
os sustentabis. Fratres & sorores quot  
die aliquid adjcent. Habemus enim E  
uangelicas matronas, quæ plus quam  
quæ Christo datum, tibi liberalissime  
impartient. Neq; opus erit cōcionibus  
affiduis, quibus plus inuidiæ contrahes,  
quam amicitiæ in his turbis, sed solum-  
modo scriptis publicis, & rationibus ē  
philosophia accersitis nostram religio-  
nem de retinctione, hoc est de uero ba-  
ptismo, cōfirma. Et si aduersarij ea, qui-  
bus utimur argumentis, refellere cona-  
rentur, illis te obijce, Typographos ha-  
bemus nostræ sectæ, qui quicquid dede-  
ris, excudent. Etsi nomen tuum adjcere  
ob timorem recusas, fingemus aliud ap-  
plausibilius, quemadmodum hactenus  
fecimus. Verum cum nihil his blandi-  
tijs impetrarēt, acquirerentq; , neq; ulla  
minem, tandem se Scripturis, & ex suis  
libris

libris editis contra illum, quod catabaptismo faueat, in cordeq; hāc sectam & doctrinam approbet, libera fronte dicebant, se uelle palam toti mundo facere. Ad hāc Oecolampadius, Scribite contra me, si quid potestis. Colligite omnes uestras copias, instruite aciem, me omnibus uiribus oppugnate, strenuus ero miles, nec pedem extra ordinem mouebo. Nihil extorquebitis à me, quod uero Dei pugnet. Sectam uestram super arenam ædificatam nunquam approbaturus sum, dum uiuo. Quia noui illam esse non ex Deo, neq; cum Ecclesia uera Christi conuenire. Non ne sæpius à me admoniti, quo exactius id quod instituistis, perpenderetis? Nolo uestrarū esse partium, quia Scriptura noui & ueris Testamenti, tāquam firmissima pētra, pro me, & omnibus pījs stat, confirmat que meas conciones, quas quotidie non in angulis, sed publice declamo. Præterea etiam mea scripta quotidie robur accipiunt, & uestra insanía. Cū autem multi, qui ē templo egrediebantur,

ut sit, quid nam id colloquij sibi uellet,  
accurrerent, discessere uulpes re infecta.  
Irrisi ab omnibus, qui huc, postquam au-  
dierunt, quid nam uoluissent hoc collo  
quio, aduolarant.

*Seditionis rusticanae fons unde.*

Catabaptistarū grex ex pago quodā  
Basileam adducti, in uinculaçp cōieci.  
Nam fere totus pagus anabaptismo in-  
fectus erat. Et postquam satis, quid nā  
rerum agant, quid sibi conuenticula il-  
la uelint, cur sectam hāc instituerint, ex-  
aminati fuissent, mulcta pecuniaria pu-  
niti omnes, & dimissi. Fassi enim sunt il-  
lorū Doctores docuisse, Decimas et cē-  
sus non esse dandos. Magistratū qui ge-  
rat, non esse Christiano nomine dignū.  
Impios omnes interficiēdos. Vides hic,  
Germaniā quis turbauerit, rusticos ad  
arma uocarit, inobedientiam docuerit.  
Montzeri dogma & suorum complici-  
um, in causa fuit omnis mali. De illis  
scripsit Paulus 2 ad. Timoth. 3 & 4, E-  
runt in postremis temporibus homines  
sui amantes, alieni ab affectu pietatis

ERRORIBVS LIB. I. 245  
& charitatis, auari, atroces, arrogantes,  
turpissimis dediti affectibus, &c.

*Anabaptistarum estimatus animus.*  
Bernæ Catabaptistæ duo aquis submersi, qui usq; in finem conuitijs (Christum in hoc non sequentes) ministros Verbi, qui lateribus illorum individuali comites adhærebant, quo tandem post longas & assiduas admonitiones resipi- scerent, lacescebant, irridebant, detesta- bantur illorum doctrinam. Sic enim po- pulum ad seditionem, absq; dubio, com- mouere studebant, sed consilium uanū decepit miseris. Sententia iudicis erat eo modo lata. Si reuocarent errorē no- centissimum, liberos esse dimittendos, sin recantare nollent, submergendos. Et post longam temporis protractio- nem, quod ex industria, miseris in com- modum fiebat, deliberarunt, se pro fide sua mori uelle, ne à reliquis fratribus, quos docuissent, perfidię accusarentur, quam superstites manere, cum liberis & uxoribus habitare. Sicq; suffocati sunt aquis.

*Pœnitentia cuiusdam Anabaptistæ.*

Catabaptista (quem noui, & allocutus sum) ad insaniam usq[ue] doctus in sua hæresi, captus, diuq[ue] in vinculis detenus, relictis domo, coniuge & liberis. Tandem post tetri carceris foetorem eò uenit, quod iam deinceps constantissimè uelit promissa seruare, Senatuq[ue] obedire in omnibus externis rebus, sed iurare nolle, quū Dium præceptum apertis uerbis inhibeat. Hoc quod p[ro]tierat, ex mera clementia Senatus misero concessit. Dimissus, diuertit mox ad suos, hoc est uxorem & liberos, dulcia pignora, qui tandem parentem precibus ita emollierunt, ut omnem prorsus catabaptismi fermentum excoixerit, sordes que uariorum errorum, quas contraxerat ad annos aliquot, deponeret, abiçeretque.

Histo-

*Historia de Nicolao Storck, mul-  
torum impiorum dogmatum au-  
tore, ex Philip. Melanch.*

Ego uidi Nicolaum Storck, id no-  
mē fuit uiro, qui prīmus uidetur in Ger-  
mania sparsisse uenenum illud impio-  
rum dogmatum. Hūc audierunt Mo-  
netarius & alij, quibus uelut emissarijs  
usus, perturbauit totam Germaniam.  
Hic prædicabat sibi per somnia ostendi-  
a Deo, que uellet. Adfirmabat ad se An-  
gelum uenisse, qui dixisset, eum in sedē  
Gabrielis angeli collocandum esse. Ea  
voce iudicabat sibi promissum esse im-  
perium orbis terrarum. Dicebat sacerdos  
& electos imperaturos esse, oppressis o-  
mnibus impijs, se duce, omnes reges, o-  
mnes principes orbis terrarum delen-  
dos esse, Ecclesiam purgandam esse. Ar-  
rogabat sibi dijudicationem spirituum,  
prædicabat se agnoscere electos. Verbi  
auditum, baptismum, eucharistiam sim-  
pliciter irridebat. Fingebat nugas qua-  
dam, quibus se præparare homines ad

recipientum Sp̄iritum, si pauca loquerentur, si sordide uestirent, ac uicitarēt, si conuictijs etiam flagitarent Sp̄iritum sanctum à Deo. Cum ueteres historias lego, uidentur mihi n̄adægoi & c̄erbatoia sae hæretici similia ferè professi esse. Atque hæc scribo, non maledicēdi studio, sed ut imperiti admoneantur, ut fugiāt, ac uitent eiusmodi arrogantes sp̄iritus. Nicolaus ipse adhuc passim uagatur, quanquam diu iam latet, & habet initia tos suis dogmatibus in multis locis. Itaque prodest monere homines, ne patiantur sibi imponi ab ea factione, quæ meritio debebat suspecta esse, propter tam nouam & inusitatam iactantiam.

### *De Operibus Catabaptistarum.*

Oecolampodium, cōcione peracta, fruola uoce adorsus Catabaptista, Cur inquit, tanta fidei tribuis, et operibus nihil? An non opera apud Deum aliquid ualent? Ne omnia Christo tribuas & fidei, nobis aliquid relinque & operibus nostris, aut publicē ego contra te clama bo-

bo. Papistæ hac in re bene docēt, & si  
 in operibus fictitijs ferè stultescāt. Nos  
 ueram uiam adipiscendæ uitæ eligimus  
 per bona opera, dediti sumus toti Chri-  
 sto, uēditis omnibus, ut thesaurum illū,  
 absconditum in agro, nobis compare-  
 mus. Oecolampadius respondit, Nihil  
 fidei tribuo, quām quod Scriptura ha-  
 bet. Opera doceo uere bona, aliter non  
 possum, nec debedo cōcionari, quām in  
 literis noui Testamenti expressum est.  
 Olfacio, quid uelis, opera cum urgeas,  
 nempe ut Catabaptistarum uita hypo-  
 critica laudetur ab omnibus, quasi hi  
 solummodo bonæ arbores essent, sata-  
 næ insidias noui. Fides præcedit, opera  
 sequuntur. His auditis, Catabaptista in-  
 terrupit sermonem. Noui, inquit, iam o-  
 dium tuum inueteratum contra nos mi-  
 seros, & peripsemata mundi. Domīnus  
 tandem signo aliquo, nos esse electos Dei,  
 & ueram adipiscendæ uitæ uiam ingre-  
 di declarabit, tec̄b̄ cum tuis perdet ani-  
 ma & corpore. Tu es uenenatus serpēs,  
 draco ille magnus, angelus satanæ. Ac-

currente autem populo , quid id collo-  
quij esset, perquirēte, subduxit se homo  
iste insulsus & peruersus, tanquam fur,  
qui lucem ob delictum fugit.

*A liud insigne exemplum.*

Non procul à Noremb erga, ut cō-  
stans fama fuit, Catabaptistarum ingēs  
numerus imperfectus est, non sine quo-  
tundam dolore , qui Euangeliū ueritatē  
amplexi erant. Non ob aliquod flagiti-  
um insigne designatū, neç ob blasphe-  
miā in Dei nomē , aut ob idololatriam,  
sed solum ob retinctionem, quam acce-  
perant persuasi blandiloquentia quorū  
dam, se bene, & iuxta institutum Chri-  
sti agere. Nam inter illos erant multi bo-  
ni uiri & honesti, qui interierunt , qui-  
bus si locus poenitendi datus, si adduci  
ad illos doctores in Scripturis sanctis ex-  
ercitatos , si semel atq; iterum admoni-  
ti fuissent, fortassis resipuissent, abiural-  
sentque catabaptismum.

De

*De extremo die error insignis a sanguinolentis hominibus, Bullingerus.*

Catabaptistæ, nec non alij phantasticæ homines, somniat ecclesiam puram, immaculatam, sine peccato, sine ruga, ante extremum iudicij diem, in hac terra, in qua iam misere uiuimus, fore, sed interfectis prius hostibus gladio et armis, qui ne repugnare in minimo, neq; pīs ullū pilum euellere possent. Et ad annos ali quo pios hic pacifice regnare, omni uoluptate & delicijs frui, nihil mali sensuros, corpore robustos, sine ulla ægrotatione futuros somniant. Id uolunt, quod tamen nunquam in hac grumnarū uale hominibus etiā Deo addictissimis cōtinget, quia aliter illi uisū, longeçq; aliud Scripturæ tum ueteris tum noui Testamenti præscribunt, ut præcipue in Epistola 1 Cor. 15, & Psalmo 110. In extremo enim die omnes Christi hostes Pater subiçiet, extirpatus radicitus, & tunc Dominus Christus, filius Dei uiui regnabit in secula seculorum. Amen.

De

*De Lapicida somnio, Anno  
1529.*

Lapicida catabaptisticus, quum quodam in loco, ne uariae sectae ingruerent, prima synodus celebraretur, multis conuocatis tam sacerdotibus, quam primo tribus huius inclytæ urbis, postquam Euangelio resurgentem nomen dederat, conuitijs multis, nugacibus uerbis, uigilantes Verbi ministros, ob doctrinam quam pure profitebatur, proscindebat. Per viatorem publicum semel atque iterum uocatus, adiectis etiam minis, si obedire nollet. Tandem Cōsulum supremus minister amandatus, ut ædes illius adiret, & si nollet cum eo ire, idq; mox, in ipso horæ puncto, ut hominem inobedientem et clamosum adduceret, Iesus, ut uidit sibi eundum esse, ob periculum imminens dixit, Vadam tecum ad hos, qui me uocat. Scio luporum corda, intelligo quibus technis mecum acturi sint. Non me pudet uerborum, quæ dixi, ex Spiritu sancto locutus sum. Introductus

ductus in augustum confessum docto-  
 rum & prudentium virorum, et cum ab  
 omnibus intueretur, expectaretq; quid  
 nam nouae doctrinæ Spiritus sanctus il-  
 li reuelasset, adstabat publico ministro  
 mutus, et pallido uultu. Admonitus nō  
 semel, ut suæ amarulentæ linguae, corā  
 omnibus in hac synodo congregatis, ra-  
 tionem reddat, Saluete post longam de-  
 deliberationem dixit, boni viri. Obie-  
 ctim illi à Senatore ad hoc negotiū or-  
 dinato, Compertum habemus, neq; ne  
 gare potes, testes habemus auritos, te nō  
 semel publicis in conuicijs, & in angu-  
 lis apud tuos, quos decepisti, dixisse, con-  
 cionatores nostros falsos esse prophetas.  
 Confirmā id Scripturis diuinis, nudis  
 enim verbis fidem nō dabimus. Posset  
 etiam alia scelera illis impingere, opor-  
 tet ut conuincas illos tales esse, alias ex-  
 mera inuidia, illa quæ disseminaſti, ex-  
 cogitata & conficta sunt. Diu miser ad  
 stitit mutus, tanquam pīscis, truncum di-  
 xisse ac stipitem, non hominem ratio-  
 ne compotem, aut Spīritū Dei , ut ipse  
 ia-

Et tabat, præditum. Et quum sæpius ad  
moneretur, ut rationem suorum uerbo-  
rum, quæ libere effutuisset, cōfirmasset  
que coram multis, daret. Si negaret, te-  
stes adesse præsentes, qui ea ab ore illi-  
us audissent. Quum autem delirus &  
sui amans diu deliberasset, qua nam ra-  
tione suum cauillum defederet, & quo  
uerborum colore se purgaret, ultimo di-  
cit, Se non culpassè doctrinam concio-  
natorum, neq; uitam illorum carpsisse,  
sed se non credere, neq; assentiri ihs, qua  
concionentur, posse, dicant uel agant,  
quicquid uelint. Fieri potest, ut optima  
illorum sit doctrina, se autem illis non  
credere, Spiritus aliud perpetuo insi-  
lat. Responsum, Reuera oportet, cum  
non credas illorum, quas quotidie ha-  
bent conciones, ex utroq; Testamento  
collectas, aut illos false Scripturas sa-  
cras adducere, aut te non intelligere ad  
ductas, probare. Nihil potuit aliud in  
medium adferre, quam se non credere  
Istis ( manu enim indicabat Concio-  
na-

natores) hominibus, qui longo tempore Missatores, papistici idoli serui fuissent. Hoc dicto, conuertit uultum subridentem ad consulares viros, qui eum uocarant ad tale colloquium, & minacibus uerbis inquit, Ne deinceps uiatorē ad meas aedes propter grauidam uxorē mittite, hoc cō uolo habere. aut illum male accipiam. En catabaptisticum ingenium. Deinde narrauit coram toto synodo, se somnium & certam reuelationem habuisse & uidisse. Legi, inquit, o viiri, admouete aures, in hac hyeme, per acto prandio, alijs se uino ingurgitantibus, in Testamento, & mox Spiritu abreptus sum. Aduolauit auicula in caput meum deargentatis pennis, uoce blanda garriebat, quam ego probè intelligebam. Lege, inquit, locum hunc in Hieremia, quem rostro indicabat. Audita hac uoce, horrebam, crines surrigebantur, & totum corpus terrore percellebatur. Legi locum illum diligentissime, in quo contraria ijs, quæ uestri clamatores proponunt, inueni. Cachinnus suborietur,

batur ferè ab omnibus. Vos, inquit, nō creditis ea, scio, & pro stultitia insigni hanc uisionem reputatis, sed Deus absque dubio in specie auriculae, (columba non ausus est dicere) mihi locutus est. Concionator ad hæc, Dic, obsecro, fuisse uera uisio per Angelos subministra ta, an deceptrix? Spiritus probandi a ex Deo sint. Angelus satanæ nouit se in angelum lucis transfigurare. Tacente uero ipso, Concionator hominem miserum, qua potuit, diligentia admonuit, si mica Christiani sanguinis in illo sit, si Spiritus Dei uerus, quem iactitet, si Christi anæ charitatis gustū habeat, quæ pacis amatrix proximi salutem magis querēs quam suam ipsius, ne permittat eum errare cum suis, liberè dicat, si quid notauerit erroris, se paratum benigno responde occurrere, omniaq; diluere. Si autem erret, aut à ueritate deuiet, se emendatum. Iam olim fidei meæ rationem contra omnibus dedi. Si meliora nosti ex Scripturis dñi uinis, cur nō admonuisti? Tu à quibusdam seductus, ut te sane doctrinæ

etrinæ opponeres, nomen habere insigne inter tuos desideras, qui nō audent in conscientia uicti, mutire contra nostram doctrinam, quæ uobis miseris in omnibus aduersatur, erroresq; uestrros detegit. Quum autem multis uerbis ageret cum illo Concionator, tandem resumpto animo, catabaptisticus homo librum, quem in sinu absconsu ha-bebat, depromit silentium innuens. Legit locum Hiere. Cap. 23 de falsis prophetis, Currebant, & non mittebam illos, &c. Clauso libro, circumspiciendo ridenti ore tacebat. Concionator libru suum, ut ei daretur petijt. diu renuit, ob annotationes quasdam, quas adiecerat de catabaptismo Magistratu, decimis et alijs quibusdam rebus, tranquillitatem cum Ecclesiæ tum reipublicæ turbantibus. Locus à ministro Verbi declaratus, Hieremiæ sententia eruta. Falsos esse prophetas, qui à Deo auocarēt ad creaturam, qui Christo satisfactionem omnium peccatorum adimerent, qui nullā à Deo vel Ecclesia uocationem ad mu-

nus Euangelij haberent, qui seipsoſ in-  
truderet per homines, aut per munera.  
A quo, obsecro, tu uocatus: Respōdit,  
A uiatore. Hac uoce riſum excitauit a-  
pud frequētiam populi. Craftina die ad  
monitus per præstitum iuramētum, ut  
coram Senatu prudentiſſimo compare-  
ret, ſuæ inobedientiæ, et nugarum ratio-  
nem daturus. Adfuit perterritio animo.  
Decretum, ut incarceraretur ob turbas  
excitatas, & ſtultam præumptionē, u-  
num & alterum diem. Et ſic tandem in  
tenebroſo carcere uisionem ſecundam  
& ſatis tenebricosam uidit, & ſe oble-  
ctauit.

*Aliud dogma.*

Anabaptiſtæ non abſimiles ſunt Ar-  
chonticis & Valentianis, qui Chri-  
ſto ſpirituale corpus attribuunt, & per  
Mariam tantum trāſiſſe, ſicut aqua per  
firſtulam aut tubam.

*Quid cum Catabaptiſtis agendum  
consultatio multarum Ciuitatum.  
Multæ & præpotētes Ciuitates, quid  
nam*

nam cū Cata baptistis, qui quotidie ui-  
res acquirebant, ne seditio ingens ori-  
retur, esset agendum, consultarunt. Et  
post multā deliberationem conclusum,  
eos qui resipiscere nollent, dato iuramē-  
to, in exilium detrudendos. Verū quid  
satan agit: Iuramentum præstare nole-  
bant, id inquitunt esse contra Iesu Chri-  
sti dictum & Iacobi Apostoli. His audi-  
tis, pīj & honesti uiri obstipuerunt, quo  
se uertant ignorantes. Conclusum tan-  
dem proscribi, si iurare nollent, & mina-  
cibus uerbis dicendum. Si redirent poe-  
nam subituros grauissimam. Multi re-  
uersi, nihil mali somniantes, cum tā be-  
nigniter ē carcere erant dimissi, peiores  
et audacieores facti, quam prius unquam  
in asserenda cata baptistica secta. Qui i-  
terum capti, uirgis per forum & compi-  
ta cæsi, quidam digitis mutilati, alijs lin-  
gue pars abscissa ob neglectum & con-  
temptum iuramentum, ob inobedienti-  
am. Quid: Tormentorum genera uaria  
passi sunt miseri & simplices, quæ ante-  
signani eorum subterfugerunt, non ig-

nari sectam à Deo nec institutā, nec do-  
raturam. Pecunias quæsiuerunt suis au-  
cupijs, his adeptis, aliud uitæ genus in-  
stituebant.

*Ex Eusebio.*

Exemplum adducere de ijs, qui fallo-  
turarunt, quomodo fuerint puniti, cō-  
modum erit, quo illi peruersi doctores  
tandem cessent callide simplices seduce-  
re et iuramentū annihilare. Eusebius Li-  
bro 6. Eccle. histo. Cap. 7. inter cætera  
inquit de Narciso. Is namq; cum inter  
cætera uirtutum suarum bona esset ual-  
de constantis animi, & iusti rectiç; inde  
clinabiliter tenax, quidam homunculi  
nequam, male sibi cōscij, metuentes ne  
criminum suorum, si arguerentur, non  
possent effugere uindiçtam, præueniūt,  
& factionibus circumuenire parant eū,  
cuius iudicium uerebantur. Continuat  
igitur aduersum eum infame satis & no-  
xiūm crimen, conueniunt auditores, te-  
stes ex semetipſis producunt, qui sub fa-  
cramento iuramenti, quæ obijciebātur, con-

confirmarent. Quorum unus testis, ita non igni consumeretur, uera se dicere testabatur: alius, ita ne regio morbo contumperetur: tertius, ita ne luminibus observaretur. Et quamuis ne iuramentis quidem istis quisquam fidelium & Deum timentium crederet, eo quod uita Narcissi & institutio, ac pudicitia ab omnibus nosceretur, ipse tamen eorum quae mota sunt, indignitatem ac molestiam non ferens, simul & secretam ac philosophicam uitam semper habere desiderans, subterfugit ecclesię multitudinem, et in desertis locis atque agellis secretioribus delitescit annis quam plurimis. At non ille magnus diuinæ prouidentiæ occlusus quiescit in longum, sed in impios ultionē per ea ipsa quae, sibi in periurijs statuerant maledicta, molitur. Primus namque ille testis, parua ignis scintilla, noctis tempore, domo sua succensa, cum omni genere suo omnīq; familia, flamnis ultricibus conflagravit. Alius repetit ab imis pedibus usq; ad summum capitis uerticē morbo regio, quod fuerat

imprecatus, repletur atq; consumitur.  
 Tertius autem priorum exitum uidet,  
 & oculum diuinum se latuisse perspicie-  
 ens, prorumpit in medium, & audienti-  
 bus cunctis, sera poenitentia uniuersum  
 concinnati sceleris ordinem pandit. Ta-  
 tis autem lachrymis immanis commissi-  
 facinus deflet, & in tantum die noctuq;  
 perdurat fletibus, usque quo luminibus  
 orbaretur. Hi igitur figmenti sui huius-  
 modi poenias dederunt. Utinam exēplo  
 Catabaptistæ admonerentur, ne aufal-  
 so iurarent. Deumq; suæ perfidiae auto-  
 rem facerent. Si omnino iurare formi-  
 dant, ueritatem & dicant, et promissum  
 seruent. Deus enim non illuditur perpe-  
 tuo, tarditate sua compensabit poenam.

*De Vualtzhudano Catabaptista  
 miserabilis casus.*

Quidam ex Vualtzhudanis Caba-  
 baptistis perfuga, Basileam ob manda-  
 tum in sectarios illos à prouido Sena-  
 tu diuulgatum (nam illuc ingens nume-  
 rus confluxerat) relinquens, adiunctio-  
 socio,

socio, qui illi individuus ob doctrinæ falsæ speciem comes adhæserat, relicta uxore & liberis. In Muttiz pago (qui quarta milliaris parte à Basilea distat) de liberans pernoctare, præmisit fratrem exploraturum, an illic sibi tutum hospitium, apud homines suæ religionis fore, timens ne resipuissent. Interea cum dubio animo, in arbusto ac uepreto latens, ne à prætereuntibus agnosceretur, expectaret fratrem amādatum, qui moram ultra præscriptum tempus in pago neccebat, repit Catabaptista ex arbusto, à longe prospiciens, an frater reuerteretur. Et quum anxie hinc inde prospiceret, ut uerisimile est, cecidit miser in terram, nemini cognitum quæ sit causa, aut quo casu id acciderit, mortuusque est. Reuertente socio, inuenit præceptorem suum mortuum iacere, uersa in terram facie, quæ omnino atra & lurida erat, illæsis omnibus membris & integris. Admirabatur miser, quid nam sibi hoc uellet, & attonito animo clamabat, Frater dormis, aut quis te leſit? Es ne spiritu

diuino afflatus, & raptus in tertium cœlum? Surge in nomine Domini. Habe-  
mus hospitium apud virū summæ pie-  
tatis & religionis, in multos dies. Fratru-  
aderit turba hinc inde dispersa & pscri-  
pta. Dominus refocillabit animas no-  
stras. Sed frustra inclamabat, mortuo  
non respondentē. Frater adstans cada-  
ueri, & quid nam ageret ignarus, celeri-  
pede in pagum peruvolat, suæ sectæ ho-  
minibus hunc stupēdum casum fratris  
indicat, quid nam agendum sibi perquā-  
rens. Pedibus tandem in hanc sententi-  
am itum est, ut dicant uicinis quendam  
peregrinum mortuum esse in via pub-  
lica. Et ut moris est, accurrerunt, & uiso  
miserabili spectaculo, sepulturæ cada-  
uer mandarunt. Sicçp miser coemiterij,  
quo indignus erat, particeps factus.  
Hoc quidam à Catabaptista hausit, qui  
omnia uidit. Perpende lector mirabile  
Dei iudicium. Graue est incidere in ma-  
nus Domini.

Aliud

*Aliud.*

Mulier quædam Basileæ, marito absente, omnino renuebat infatem suum baptismō insigniri, quum nec credere, nec articulos fidei enumerare posset. Qui post dimidium annū è uiuis exces- sit, sine baptismi sacramento. Ob quam negligētiā in eam est animaduersum. Capta, confessa est, se à nebulone quo- dam persuasam, non esse maius pecca- tum contra Dominum, quam infantes baptizare. Dolet iam, utinā ex animo, se morem Ecclesiæ catholicæ contemp- sisce. Supplicatoria autem prece uicina rum mulierum, Senatus benignior cle- mentiorq; factus, eam errore abiurato, dimisit. Quæ tamen mox, prò dolor, ite tum in catabaptismum relapsa, multo proteruior sceleratiorq; iam facta, quā prius unquam fuerat. Sic satan ad has septem nequiores se spiritus assumpsit, ut fierent extrema tempora prioribus peiora.

*Aliud.*

Catabaptista Basileæ, ob periurium  
ſæpius factum, cōdemnatus est, ne per-  
fidia & reliqui uitarentur. Carnifici da-  
tus, ut gladio feriretur. Catabaptismi cō-  
fessionem publice, uolens aliquid sedi-  
tionis mouere, si potuisset faciebat, in ea  
que pertinaci animo, post multas admo-  
nitiones à pijs fratribus factas perdura-  
bat. Si hoc non est duram ceruicem er-  
ga Domini uocem, erga piás consolati-  
ones habere, nescio quid sit. Ductus est  
ad locum supplicij, tanquam stipes pal-  
lido uultu, trementibus membris, & a-  
maro animo. Neque multum, inter eun-  
dum ad supplicij locum, etsi stipatus es-  
set multis, qui non horrebant ab ana-  
baptismi ſecta, locutus est. Tanquā tau-  
rus securi percussus incedebat, nemine  
aspiciens. Insuper etiā Verbi ministros  
admittere, ut illum conſolarentur, nole-  
bat, dicens eos esse satanæ ministros, ſe-  
non indigere conſolatione. Neq; etiam  
qui catabaptismo fauebant, auti eū ac-  
cedere

cedere, & si nescio quid, muſſitarent, du-  
ctus altis ſuſpirijs. Quum autem iam iā  
gladio ſeriendus, & à ſpiciatore inter-  
rogaretur, an uelit, iuxta conſuetudinē  
ueterem eamq; laudabilem, populū, qui  
confluxerat, rogarē, ut ei, ſi in ulla re of-  
fensus, tam ob ſuam fidem, quam ob ui-  
tam, qua fortassis offēdiculo fuiffet pro-  
ximo, ut ei ignoscant, erratum commiſ-  
ſum remittat, & ut orationem pro Spiri-  
tu Dei ei non subtrahendo, quum ani-  
ma ē corporis ergastulo emigratura ſit,  
fundāt. Vtruncq; recuſauit. Dixit enim,  
Neminem ulla in re, quod ſciam, offen-  
di. Offēdiculum nullum dedi, ob id nō  
opus habeo ullius hominis etiā sanctiſ-  
imi prece. Qui enim iſti pro me orarēt,  
quem condemnarunt ad mortem, quē  
que ſequūtur tanquā ſeditiosum & peſ-  
ſimum hominem; Purus sum ab omni-  
bus peccatis, quia filius Dei. Quisque  
pro ſe oret. Eniſtanum capitellum, cō-  
temnit orationem fidelium, quam ne  
Paulus electum Dei organum, per quē  
Deus multum operatus eſt, unquā ſpre-  
uiſſet.

uisset. Quis enim ulla in historia legit de talibus hypocritis, qui hac sanctimoniam fuerit, ut fidelium preces contempserit? Tandem homo miser, & deplorandus, post multas inhortationes, inquit desperato animo. Christiani fratres & sorores (nulla soror aderat, sed miser somniabat catabaptisticam congregacionem, quam solitus erat adire nocturno tempore,) orate Dominicam orationē, flectite genua, quam etiam ipse alta uoce, tremulis labijs eloquebatur. Illa absoluta, inquit, Fiat uoluntas Dei. Absque dubio, ni me omnia fallunt, Deum miraculum in ipso ostensurum persuasus erat, sed falsus, sicq; à spiculatore capite detruccatus. O miser homo, in ipso certamine mortis Deum blasphemas, quia si oratione non indigeas.

*Aliud ex cuiusdam doctri uiri literis.*

Passim in Germania Catabaptista in domum diuitium & potentū irrepūt, eam ob rem timendum periculum in-  
gens

gens ab illorum ueneno, & maximum Euangelio detrimētum, nisi mox remedium adponatur, sentiet. Quis enim æque contra renatum Euangelium pugnat, stolidas opiniones spargit, & hoc hominum genus, quod omnium hæreticorum dogmata renouat, omnia turbat, quibus auxiliares copias aduersarij Euangelio mittunt, non rogati. In agris cum urbes interdictę tumultuantur. Libertatis dulce nomen undicę resonant. Decimas & census denegare suadent. Magistratum non posse Christianum esse, nec non alios errores mendaci ore docent. Quid multis: omnis illorum doctrina ad discordiam, ad seditionem, ad intestina bella spectat. Verum pauci id curant, sed dabunt rationem Deo hi, quorum est pacem & tranquillitatem serua re, malos & perditos punire.

*De Anabaptistarum peruerso animo indicia, Idem.*

Catabaptistæ tormentis uarijs in locis crudeliter vexati, distēti, sed frustra.

No

Noluerunt enim magistratui parere, ne  
que illum Christianum esse fateri. Per-  
petuo id sonant, Praedictum est à Chri-  
sto, Beati, qui persecutionem patiuntur  
propter iustitiam, quoniam illorum est  
regnum cœlorum. Beati estis, cum pro-  
bra iecerint in uos, & infectati fuerint,  
& dixerint omne malum uerbū aduer-  
sus uos, mentientes propter me. Verum  
est dictum Christi. Atqui illi non anim-  
aduertūt id, quod adiunctum est Prop-  
ter iusticiam, Et Mētientes propter me.  
Et quoties Catabaptistæ deprehensi in-  
mendacio, in adulterio, conciones sedi-  
tiosas exprobrare illis possemus. An nō  
inobedientiam illi docuerūt, eamq; suo  
exemplo confirmarunt? Quoties Caro-  
lus Robustus Catabaptista dixit se nol-  
le redire, & suum Ita neglexit? Verum  
nolo quicquam hoc de homine in me-  
dium adducere, cum adhuc in uiuis sit  
ab renunciato catabaptismo.

Epi

*Epiphanius Libro 1. To. 2. fol.*

59. de Ebionæis.

Addidit Ebion, ut obseruent contin-  
gere aliquos ex alijs gentibus, & quoti-  
die si quando mulieri coniunctus fuif-  
set, & ab ipsa surrexisset, baptizabatur  
in aquis, si copia esset, marina, aut etiam  
alijs. Sed & si occurrisset alicui, regres-  
sus ab immersione in aquas ac baptis-  
mo, similiter rursus decurrebat ad im-  
mersionem, atq; hoc sæpe unà cum ue-  
stimentis. Nunc uero interdicta sunt o-  
mnino apud ipsos uirginitas & conti-  
nentia.

*Epiphanius Libro 1. To. 2. fol. 39*

*Scortatio honesta apud Gno-  
sticos in ipsa coena.*

*Dominica.*

Ipsam enim suam synaxim ac com-  
munionem turpitudine multiplicis cof-  
fus polluunt, comedentes ac contingens-  
tes tum humanas carnes, tum immun-  
ditias, ut ne audeam quidem totum elo-  
qui, nisi sanè cogerer, propter excellen-  
tem

372 DE CATABAPTISTARVM  
tem animi mei dolorem, ab his quæ uer-  
nè ab ipsis fiunt, stupore perculsus.  
*Ex Epiphano, Libro 1. Tomo 3. fol.*

184 de Tatianis.

Continentiam uero hic prædicat, nu-  
ptias autem scortationem & corruptio-  
nem putat, afferens nihil differre matti-  
monium à scortatione, sed idem esse.  
Vnde in prætextu continentia & con-  
tinentium morum, nequitiosam uitam  
duxit, uelut lupus rapax ouilla pelle in-  
dutus, et temporario prætextu deceptos  
seducens.

*Eucratitæ de nuptijs, Epiph. Libro*  
2. *Tomo 1. fol. 189.*

Nuptias autem palam diaboli esse  
decernunt.

*Idem Epiphanius.*

Iactant autem et continentiam, fal-  
laciter omnia facientes, nā & inter mu-  
lieres reperiuntur, & mulieres undiqua-  
que decipiunt, et cum mulieribus iterfa-  
ciunt, & simul cum illis uiuunt, & illo-  
rum ministeria admittunt.

*Con-*

*Coniuivium catabaptisticum.*

Mulier quædam miræ pietatis, & superstitionis non dicendæ, qualsique duxtrix et Apostola reliquarum muliercularum, quæ nomeri dederant nouæ litioni, mensulam, quam domi habebat penè à tineis arrosam, pinguedine bene unctam, linea panno, eoq; nitidissimo adornarat. Paupercula enim erat, et marito monacho nupserat mediocriter docto & simplici, sed catabaptismo & alijs erroribus penitus infecto. Quicquid ille ex labore quotidiano (ecclesiastica enim officia detrectabat subire) ac quirebat, hoc mox erat absumptum. Hanc pauperiem sensit satan, callidus hostis, & persuasit mulierculæ Crœsi diuitias statim daturum se, si eius consilium, quod daturus esset, sequatur. Illa purgatis auribus, audiuit satanæ suggestionem. Qui per somnum ait, Vade fortissima mulierum, instrue mensam, quam domi habes, lino mūdissimo, uicinas tuas uoca ad opiparam coenam, quā mox

t me

me adornante habebis. Dominus pa-  
scet te cum illis, quemadmodum popu-  
lum Israeliticum in deserto, ubi nullus  
cibus erat, aluit. Excitata è somno ad ut-  
cinas celeri gradu, hilari uultu, quasi di-  
uino adflata spiritu, læta uolat, ut apud  
se benignis uerbis inhortans, coenaret.  
Dominum lac & mel, manna & cotur-  
nices, & panem cœlestem ipsis prebitu-  
rum, idq; ei à Domino per Angelū Ga-  
brialem esse in somnis reuelatum. Ad-  
uolarunt mox hora constituta multæ tā  
uetulæ quām adolescentulæ mulieres,  
quid nam sibi hæc in uitatio uelit, nō sa-  
tis certæ. Assessum est mensæ, & quum  
nihil cibi apponenteretur, uacuaq; men-  
sa perpetuò conspiceretur, admiraban-  
tur, unde nam hæc paupercula mulier  
cibum & splendidum apparatus, quo  
de mentionem habuerat, acceptura esset,  
tot conuiuis sufficientem. Faciles enim  
sunt mulierculæ ad tale uicinis benefi-  
cium exhibendum. Preces inter has uo-  
ces, stolidæ mulier ad Deū altis suspirijs  
fundebat, ne desereretur hac in re, quā  
mul-

multo maiora promisisset, hoc est æternā uitam. Sed frustra clamabat, lachrymis in hoc subornatis, etenim nihil edulij famelicis adferebatur. Quum autem uideret conuiuas risu satis faceto inter se ludere, et irrideri illud instituti, enixa rogabat omnes apprehēsis manibus, ne discederet, ne tēdio afficerentur. Angelos mox esculenta proposituros, iam in itinere illos esse se indubitato crederet, à Spiritū sancto id edoctam. Asenserunt, & qualem finem hoc institutum conuiuū habiturum sit, expectantes. Et quum diu sedissent, et ad tedium usq; famelico & impatiēti stomacho expectarent cœlestē cibū, tandem nō sine risu & indignatione domum reuerſae, stultam mulierculam, quod ita Dominum, qui media cibū & potū dedisset, tentaret grauiter incusantes. Sic satan callidissimus hostis humani generis solet peruersos et in erroribus gaudentes seducere, ut uidentes cæci sint, in ipsa meridi die palpitant.

*Aliud stolidius exemplum.*

Dissimile quid, sed multo atrocius factum, & ab humana natura abhorrendum Basileæ accidit per catabaptisticam mulierem, quæ carcere inclusa ad menses aliquot ob perfidiam, in qua non semel deprehensa, nec punita ob resipiscētiæ spem. Illa à callido dæmone etiam illusa, & apparitionibus satanicis non semel perturbata, tandemq; persuasa, ut si nihil deinceps ederet Dominum eam seruaturum florenti corpore, sine cibo & potu, quemadmodum Mosem, Heliām, & Christū filium Dei. Huic illusioni credidit stolida mulier, nihilque cibis gustaturā se promisit, egregieq; hoc uotum seruavit. Et quum custos carceris suo officio diligenter fungeretur, quotidianum demensum certis horis cibum præberet, quem illa clam, nihil ex eo neminem quidem sumens, in angulum carceris proīciens, uasa munda & euacuata custodi carceris iterum tradit. Insuper etiam, ut eo commodius simplicem illum

illum uirum fallere posset, conquerebatur se famem pati. Carceris custos nihil mulierculæ denegabat, in duplo iam cibum afferit, ne quid de se magistratu cōquereretur. Quum uero famem amplius, ob debile corpus & exhaustum uiri bus, ferre non posset, incidit in grauissimum morbum, ut è carcere in hypocauſum medicandi gratia deduceretur. Ea enim clementia Senatus noster erga omnines est, etiam addictos alioqui morti. Causam morbi unde esset, mox cōfessa, Dominum se uidisse, eamq; allocutū certa et infallibili promiſſione, se in multis annos absq; cibo uicturam corruptibili, si cōtemneret omnia ciborum genera. Iam instabat decimus dies ieiunij, & adeo debilitata natura erat, ut nihil cibi aut potus amplius per guttur, solito more, penetrare ualeret, & si impleretur usq; ad summum, eoq; die obiit. Quare se ita ieiunio macerauit, ut confirmaret per hoc catabaptismi institutum. Sic et ipsa decepta, & fratres eius summo pudore affecti, qui iam palam, quum fama

de eius sanctitate, abstinentia ciborum  
uolaret, spargereturq; mussitabant, Do-  
mīnum mirabile quid breui in cōfirma-  
tionem catabaptismi ostensurum.

*A liud exemplum.*

Clytien Nympham à Sole derelictā  
imitata est, sed dissimili modo. Illa enim  
cum nouem dies sine ullo cibo ac potu  
exegisset, tandem deorum miseratione  
in herbam heliotropium conuersa fin-  
gitur, quæ nunc quoq; pristini amoris  
memor, cōtinuo folia ad Solem uertit.  
Hęc autem non amore Dei, quia Deus  
média dederat, quibus uita sustentāda,  
conseruanda, sed ob uanam gloriolam  
decepta satanæ consilijs, non Solē Chri-  
stum aspicit, sed Cerberum, canem infer-  
nalem, & satanam ipsum, à quo et cruci-  
atur miseris plagis, & non dicendis sup-  
plicijs, indigna profecto, ut Deum cre-  
atorem suum unquā aspiciat. Legimus  
exemplum de puella quadam, quæ ad  
tempus aliquod sine cibo uixerit, in Chro-  
nica Abbatis Vrspringensis, quā histo-  
riam

tiam hic subnectam.

*In Commentarijs Cæsaris Libro 8  
de Bello Gal. legimus etiam  
de quodam, qui fame  
se necarit.*

Diabes, quem captum esse à Cani-  
nio docui, siue indignatione, & dolore  
vinculorum, siue timore grauioris sup-  
plicij, paucis diebus sese cibo abstinuit,  
atq; ita interiit.

*Similis historia in Epiphanio de  
Dositheo hæretico Lib.*

i. T o. i. fol. 14.

Dositheus à Iudeis originem ducēs,  
Samaritarum gentibus permixtus est,  
& quum in doctrina legis processisset,  
& in expositionibus apud ipsos primas  
uenatus esset, & ipsas assequutus non  
esset, & in nulla existimatione apud Iu-  
dæos haberetur, declinavit ad Samariti-  
cum genus, & hanc sectam produxit.  
Et quum postea ob propriæ sapientiæ

excellentiam in spelūcam secessisset, inaniterq; ac simulata religione, in ieunio persistisset ita mortuus est, uelut fama refert, ob inopiam panis & aquæ, ex uolūtario nimirum proposito. Post dies autem aliquot, tradunt quasdā uenisse ad ipsum uisitandum, & reperiisse corpus foetidum, ita ut uermes ex ipso prorepstant, & nubes muscarum circa ipsum congregata esset.

*De Puella.*

Anno Domini DCCCXVI, iuxta uillam Commercium puella quædam annorum circiter duodecim, post sacrâ communionem, quam in pascha de manu sacerdotis accepit, sine omni uitio desiderio, plenum biennium usq; in tertium annum diuidium compleuit, nulla penitus corporis alimenta percipiens. Cœpit autem ieunare anno Dominicæ incarnationis DCCCXXIII à pascha, & in DCCCXXV, circa initium Nouembris, peracto ieunio cibum sumere, ac cætorum hominum more, manducando uiue.

vivere coepit.

Catabaptistarum doctrina de Decimis, Redditibus & Magistratu, Bullingerus.

Docent opus esse nouo quodam baptismo, Christianum non esse, qui census aut redditus accipiat. Christianos à decimis liberos esse, Christianum non posse gerere magistratum. Nemine posse nec debere præstare iuriandum. Diversitas adimunt Christianis. An nō hæc, quæ recesui, externa quædam sunt? An non rursus propter hæc eadem Ecclesiæ scindunt, et turbant? Non potes ergo inficiari Catabaptistas eos esse, qui propter res externas ecclesias turbat, et scindunt. Preter hæc suos ad hoc adstringunt, ne apud eos uerbum Dei audiant, apud quos parvulorum baptisms, census, decimæ, iuriandum, magistratus, diuitiæ, bona censemur.

Non absimiles sunt, qui anno Domini M.D.III, ut in Chronica Abbatis Virgilij, habet Titulus, De Liga Sotularia.

162 DE CATABAPTISTARVM

in agro Bruxellensi exorta . Hoc anno  
in agro Bruchsellano Spirensis diœce-  
sis, ex pago Vndergrunbach exorta fu-  
it rebellio Agricolarū, quorum articu-  
los coniurationis fuisse sequentes, in ad-  
ditionibus Nicolai Baselij ad Chroni-  
con Nauclerii legis.

- 1 Vt aucti numero, omne iugum ser-  
uitutis excuterent, & Heluetiorum mo-  
re armis libertatem sibi uendicarent.
- 2 Admissus in hāc ligam sotulariam,  
orationem Dominicam & salutationē  
uirginis quinquies in die pro uictoria,  
flexis genibus oraret.
- 3 Symbolum constituerant, quo se co-  
gnoscerent, uirginem Mariam, & Ioan-  
nem Euangelistam . Item ut interroga-  
tus à socio Germanice, Vuas ist nū fur-  
ein uuesen, responderet, Vuir mogent  
uorden pfaffen nit gnesen.
- 4 Vt abolerēt omnem magistratum,  
& qui contra staret, ut hos trucidarent.
- 5 Vt Bruchsellam oppidum inuade-  
rent, mox Marchionatum Badensem.
- 6 Vt bona Monasteriorum & Eccle-  
siarum

fiarum & clericorum inuaderent, & inter se diuideret, & numerum talium imminuerent.

7 Vt ultra horas XXIIII in nullo loco moram traheret, sed pergerent semper, donec omnia suæ coniurationi subiçerent.

8 Spes eos bona habebat, libertatis amore ciues & rusticos, etiam non compulos, sibi facillime adhæsuros.

9 Vt extinctis Monasterijs & Ecclesijs, nulli census & decimas soluerent, nec principibus, nobilibus, aut clero. Ita immunes futuri à uectigalibus & omnib[us] tributorum genere.

10 Vt uenationes, piscationes, pascua, nemora, & id genus alia, in communitate reuocarentur, nec principum aut nobilium priuatis usibus deseruiren[t].

Hæc temeraria consilia non potuerunt stabilire, quare poenas dederūt expositi cruciatibus & morti. Nam & Maximilianus rex suo mādato iussit in eos animaduertere,

284 DE CATABAPTISTARVM

*De Theoda mago & pseudopropheta Iosephus Libro 20. An-*  
*tiqu. Iudaic. 1 Cap. 4.*

Dum Fadus Iudeam prouinciam  
bernaret, quidam uir magus, nomine  
Theodas, populo multa suasit, ut sume-  
tes substantias suas, sequerentur eum ad  
Iordanem fluuium, semetipsum afferentes  
esse prophetam, & praecepto fluuiū di-  
uidere, ut eis facile transitum præberet.  
Haec ergo dicens, seduxit quidem mul-  
tos, non tamē permisit eos Fadus ad ex-  
perimentum suæ insipientię peruenire,  
sed repente cohortem misit equestrium  
super eos, qui inopinabiliter irruens mul-  
tos quidem peremisit, plurimos autem ui-  
uos cepit, ipsumq; Theodam compre-  
hendentes, capitatis sectione mulctau-  
runt.

*De Aegyptio quodam propheta,*  
*uelut seductore populi a Felv-*  
*ce occiso Iosephus Lib. 20*

*Ant. Iud. Cap. 12.*

Hoc etiam in tempore uenit aliquis ex

Ex Aegypto ad Hierosolymam, dicens  
se esse prophetam, & populari multitu-  
dini persuasit, uti cum eo ad montem,  
qui dicitur Oliuarum, positum ē diuer-  
so ciuitatis procul stadijs quinqꝫ, conse-  
derent, uelle se dicens eis exinde mōstra-  
re, quia eo iubente Hierosolymorum  
muri corruerent, unde ingressum eis fa-  
ciendum esse promittebat. Felix autem  
dum hæc audisset, iussit militibꝫ, ut ar-  
ma sumerent. Quo facto, cum multis e-  
questribus impetu facto ab Hierosoly-  
mis, struit super eos, & quadringtonos  
quidem eorum gladijs interemit, ducen-  
tos uero uiuos cepit. Ipse autem Aegy-  
ptius fuga lapsus disparuit. Rursus ita-  
que latrones populum contra Roma-  
norum prælia cōcitabant, suadentes ne  
eis subiacere deberent, & sibi resistenti-  
um uicos incendebant, atqꝫ diripiebāt.

*De Mago quodam Ioseph. Libro  
29 Antiqu. Iud. Capite 14.*

Festus multitudinē destinauit eque-  
strium atqꝫ pedestrium super populos,  
qui

qui decepti fuerant à quodam mago, salutem eis & malorum requiem promittente, si eum sequi in desertum contenderent. Quo facto, & ipsum seductore & seductos irruentes, qui missi sunt, occiderunt.

### *De Templarijs.*

Hoc tempore (Anno M. C C C I I I) Templarij quoq[ue] tota Francia comprehensi, ac quæstione habita, obscoena flagitia, immania de se scelera nefariaq[ue] confessi sunt. Per multū eorum dicuntur libidinem nefariam exercuisse in piam religionem, se cū Turcis ac Saracenis sensisse, à nostris sacrī desississe. Damnati quām plurimi, ac uiui cremati. Tradūt autem autores nō obscuri, Jacobū Burgundionem ordinis principem, cū productus ad supplicium, circumfusa ingenti multitudine, dum pyra extruitur, staret, proposita uitæ spe, ac impunitate, si quæ in custodia fassus de se suisq[ue] esset, nunc quoq[ue] confessus ueniam publice peteret, huiusmodi uerba fecisse. Ego nunc

nunc supremis rebus meis , cum locum  
mendacio dari nefas sit, ex animo uere-  
que fateor, me ingens in me meosq; sce-  
lus consciisse, ultimaq; supplicia cū sum  
mo cruciatu promeritum , qui in gratiā  
quorum minime decuit, dulcedineq; ui-  
ta, flagitia impia sceleracq; ad tormenta  
ementitus sum in meum ordinem, de re-  
ligione Christiana optime meritū . nec  
mihi nunc uita opus est precaria, & no-  
uo super uetus mendacio retenta. Exin-  
rogo impositū, ac admoto paulatim ig-  
ne prioribus pedibus ad exprimendam  
scelerum confessionem , ne tunc quidē  
cum reliquo corpore depasto , uitalia fę-  
do nidore torrentur, ab huius orationis  
instantia descuiisse, aut mutatae mentis  
ullam significationem præbuuisse. Necq;  
ipsum, necq; duos cum ipso suppicio af-  
fectos nobilissimos huius ordinis uiros,  
quorū alter erat Delphini Allobrogis  
frater, in possessionem templariorū bo-  
norum, regium fiscum iniijisse. Hæc Ae-  
milius, qui & scribit, se autores habere,  
cum Clemēs ordinem Templariorum  
dam-

damnasset, munusq; fontes in Germania ex decreto sententiaq; lata plectendi, ac lege agi iubendi Archiepiscopo Moguntino demandasset, hunc conuocasse patres, sacerdotesq; prouincie sue, frequenti illorum consensu, tunc Vgnem clarissimum uirum cū uiginti ordine suis, tecto uestibus ferro, nemine arce re auso, ingressum, clara intrepidaq; uoce testatum, Si quid grauius in sacru Tē plariorum ordinem statutū esset, se Pontificem, qui in Clementis locum suffice retur, appellare. Absterritos patres inter mes imbellesq; ferocia nobilissimorum militaris ordinis uirorum, iussisse illos bono animo esse, certiorem literis factum Clementem, mitius respondisse, ac ius de integro querendi statuendiq; archiepiscopo decreuisse, eum illos quod insontes se edoceret, causa cognita, crimineliberasse. Hominibus absolutis, ordo tamen ipse abrogatus. Hospitalarij partim aucti diuitijs Templariorum, simul belli sacri nomine, ingenti pondere auri undiq; collato, classem instruxerunt,

tunt ornaueruntq; ac Rhodum insulā, à Turcis & Saracenis eodem anno captam, recepere. Partim eorū diuītiæ novis religionibus sunt attributæ, in Hispania aduersus Saracenos Beticam olim, nunc Granatam incolentes, à Pōtifice institutis.

*De Templarijs scribit Robertus.*

Gaguinus Gallicus scriptor Lib. 7 in Rege Philippo Pulchro, Anno Domini millesimo CCCII, tū proditus est Tēplariorum error, qui apud Hierosolymam fidei defensionem professi, cū pri-  
mum religionis consideratione opulen-  
tissimos se effecissent, præclarissimis per  
orbem Christianum ædibus compara-  
tis, Christo rejecto, falsis religiōibus de-  
diderunt. Erat enim illis simulachrum,  
cui pellem humanam superinduxerāt,  
appositis ad oculos statuæ duobus ful-  
gentissimis carbunculis, qui uice oculo-  
rum micarent. Ei statuę, dum quispiam  
ad illos ingrederetur, ordinem uitamq;  
Templariorum professurus, abnegato-

u ante

ante omnia Christo, & cruce eius calcta, sacrificium faciebat. Morientis autem corpus in puluerem adactum, ceteris in potum conferebant, quo poculo constatores suos fieri arbitrabantur. Praeterea si ex Temporali coitu infans ex puella uirgine nasceretur, hunc igni torrebatur, ex que aliquata inde pinguedine suum simulachrum decoris gratia ungebatur. In confessio quoque habitum est, eorum do lo diuum Ludouicum, dum in Syria perigrinaretur, in vinculo a Soldano Aegyptio coniectum fuisse.

His itaque huiusmodi criminibus, & quod item masculorum foedissimi essent amatores, Templariorum ordo in concilio Vienensi, anno millesimo trecentesimo, per Clementem extinctus est. Et in Chronica Hermauni legis, quod a Papa Clemente, in fauorem regis Gallie, crimen haeresis falso et inuidioso nati sunt.

De

*De Hæreticis articulis cuiusdam,  
Anno 1363.*

Hoc tempore Spiræ combustus est quidam Bertoldus Beghardus de Rorbach. Huius articuli, quos tamen ante hac in Herbipoli reuocauerat erat. Christum in passione sic fuisse à patre derelictum, ut præ dolore dubitauerit de salute. Quod Christus in cruce, propter nimiam passionem & dolorem, Matri mandixerit. Quod maledixerit terræ, quæ eius sanguinem suscepit. Quod homo in hac uita in tantum possit proficere, quod nec orare, nec ieunare oporteat. Item quod laicus illuminatus plus possit proficere in docendo, & quod plus illici credendum sit, quam Euangeli et doctrinis Scripturæ sanctæ.

*Albanorum secta.*

Anno Domini M. c c cxcix, Albanorum secta cœpit à presbytero quidam Italō in Italia. Is quidem albo indutus panno, tantam modestiam uultus ac verbis præ se ferebat, ut ab omnibus

sanctus haberetur. Magnam multitudinem uirorum & mulierum in sententiam suam traxit. Linteis albis circumvoluti omnes, sine discrimine mares & foeminae, rustici an ciues, serui an liberi, paucim ueluti pecora, ubi nox oppressisset, dormiebant, publice in uicis epulabantur. Crucifixum sacerdos præferebat, quem lachrymari ob hominum delicia dicebat. Viterbij substituit cum magna multitudine, Romam ad loca sancta uenitius. Sed Bonifacius fraudem ueritus, quod diceret hominem superstitionem pontificatum appetere, adiuuante illa multitudine, milites aliquot præmittit, qui hominem comprehensum ad se perducant. Sunt, qui scribant questione confessum fuisse fraudem. Alij nihil fraudis subfuisse, sed factum à Pontifice abundo rumori, quo hominem per inuidiam captum & necatum affirmabant.

*De Secta Flagellantium,*

*Anno 1261.*

Hoc tempore fuit in Italia & Germania

nia secta Flagellantum, de loco ad locū errantium. Spiram uenerunt circiter ducenti de Suevia, habentes inter se principem unum, & duos magistros, quorū mandatis parebant, Ciuibus Spirensibus sanctimoniam fuso sic imponentes, ut et conuiuio eos liberaliter susciperet. Argentorati innumerabiles fuerunt, item Aquisgrani, ubi Carolus coronandus fuerat. Præ multitudine peregrinorum & Flagellatorum recipi nō potuit, sed in oppido Bunna, ab Archiepiscopo Coloniensi coronatur. Venit & hęc secta Flagellatorum rusticorum ex Gallia, ut ferebatur, in Poloniam. Ianuarius Archiepiscopus Gnezzensis cum suae prouinciae suffraganeis, sub magnis poenis, & carceribus tales prohibuit. Et principes Poloniae persuasi, ne quispiam huiusmodi errores sectaretur, sub confusatione honorū, et grauibus poenis inhibuerunt. Albertus Crantz in Vandalia sua de hac re scribit Libro 8, Capite 28.

Anno Domini millesimo CCCL, Se  
u 3 cta

cta Flagellantum tum uehementer increuit per prouincias, incertum quo auctore primum instituta, nisi illo, quem ceteris non vigilantibus tradit Euangeliū superseminasse zizania, unde & Acephali, hoc est sine capite, sunt appellati. Homines rudes, qui per Germanię a grossos flagellis se attriuerant, cruces in ueste præferebant, ad urbes gregatim ibāt processione disciplinata, capitum operimentis ad oculos demissis, luminibus in terram fixis, tristes & mœsti semper cernebantur. Flagella tribus restibus erant trinodia, nodi ferrum in crucis formam eminens habebant, liuentes ex crebris ictibus ac uulneribus scapulas et dorsa prætulere. Ecclesiam ingressi, positis uestibus, subacula linea ab umbilico demissa sumebant. Ita egressi, per caemiteria nudi sternebantur, alij proni in faciem, alij in latus, nonnulli in dorsum, quidam extensis in altum palmis, pœnitentiæ formam ad singula peccatorum genera in gestu significabant. Progressus ex omni numero unus singulos tangebat

bat dicens, Det tibi Deus remissionem  
tuorum peccatorum, surge. Inde in or-  
dines digesti, præcinctibus duobus, uer-  
sum chorus iterabat. Vbi Dominicæ  
passionis in cantu quodā incidisset mē-  
tio, mox unā proruunt in terram, nō ut  
solemus, primum geniculantes, sed uno  
impetu, uelut præcipitata ligna uel saxa  
ruebant, quem quisque stans locum for-  
te habuit.

Habent Chronica Argentoraten-  
sia, Anno M. CCLXI, Flagellantes Ar-  
gentoratum uenisse, qui Romæ & in I-  
taliam confluxerant, numero mille & du-  
centi. Et quod Argentorati accesserint  
mille & quingenti, qui nudis corpori-  
bus se flagris cædebant.

Posthac Anno M. CCXCVII uenerūt  
Argentoratum XXVIII in uestibus al-  
bis, facie cooperta, qui eundo ad omnes  
Ecclesias se flagellabant.

Anno M. CCCXLIX, tempore pe-  
stis, combustis Iudæis, uenerunt rursus  
Argentoratum ducenti, habentes octo  
aut decem preciosâ uexilla ex serico, &

totidem cereos duplicitos. Bini & bini  
incedebant post uexilla & cereos, in op-  
pidis et pagis passim excipiebant pul-  
su campanarum, quisq; pallio amictus,  
pileum in capite cum rubra cruce gesta  
bat. Rhythmos habebant præscriptos,  
præcinentibus duobus, respondebant  
alij.

Qui in hanc disciplinam recipieba-  
tur, cogebatur is triginta tribus diebus  
& dimidiato manere (hoc erat poeniten-  
tiæ tempus) & tantum pecuniæ secum  
afferre, ut in singulos dies haberet nu-  
mos argenteos quatuor, nam non con-  
cedebar illis, ut mendicarent. Sacer-  
dotes admittebant, sed citra dominium  
nec admittebant in secretiora consilia.  
**L**iteras iactabant per Angelum e cœlis  
allatas, & uulgus eò adduxerant, ut Fla-  
gellatoribus plus crederent quam sacer-  
dotibus. Argentorati ferè mille accesser-  
unt huic societati. Quare factis duobus  
ordinibus, alteri in superiores Germa-  
niæ partes cōcedebant, alteri in inferio-  
res. Carolus quartus rex Pōtifici Rom.  
scri-

scripsit, ut coiceret, alioqui totum mū-  
dum seducerent, nam magnam sancti-  
moniam præferebant, & miraculorum  
virtutem. Argentorati in circulum Fla-  
gellantium mortuus puer delatus fuit,  
tentabant quidem resuscitare, sed non  
successit. Dimidiato anno, ferè singulis  
hebdomadibus cohors Flagellantiū ad  
veniebat. Etiam mulieres se societati ad-  
iunxerant. Tandem cum admiratio de-  
siuit, nec amplius exciperentur pulsū  
campanarum, nec hospitio exciperen-  
tur, & impostura huius sectæ innotesce-  
ret, & Papa ordinarijs præciperet, ne ad-  
mitterentur, etiam Senatus Argentora-  
tensis uetus, ne reciparentur. Quod si  
quis uellet flagellare se, ut hoc domi suę  
faceret. Ita in breui tempore, hoc est di-  
midiato anno, desistit secta Flagellantiū,  
quam ipsi affirmarāt triginta tribus an-  
nis & dimidiato duraturam.

*Anabaptistarum insana mens  
erga ministros V erbi.*

Oecolampadius in agrum Basilien-

u s sem

sem dum aliquando , quemadmodum officium ueri Episcopi postulabat, exiret, ad uisendas Ecclesias, instituendum populum in religione Christiana rudem adhuc, & dubium , quid nam doctrinæ sequendum ob tam diuersos doctores, in Anabaptistas molestissimos, acerrios , seditionissimos , & ad contentio nem natos incidit . Quidam ex illis, inter cæcos dux , plusquam furibundus, dum Oecolā padius magno spiritu, doctrina sacra armatus contra anabaptistæ nouum dogma & intollerabile, ob multos errores, declamaret, & uerū baptismi institutum & usum ostenderet, si lentium manibus & pedibus innuit, clamitans boatu quodam, ut sibi locus concessionandi detur, ad tædium usq; se audisse, quod contra Scripturam sit . Et uestrum etiam est, illum è cathedra detinbare, qui baptismum paruolorum affirmare ac stabilire conatur. Cur fertis fratres & sorores tam diu papisticum animal, chrismate diaboli unctum, insidiatorem animarum, callidum serpentem?

Dignus

Dignus poena, eūcīte eū ex templo cū  
sua doctrīna, quæ uerbo Domini omni  
bus modis pugnat. Nos ueri fideles su  
mus, Spiritu Domini donati ac locuple  
tati, ut errare sumpto baptismo dein  
ceps nequeamus, & ille aliud nos, à nul  
lo uocatus, neq; electus, neq; Ecclesiæ  
nostræ membrorum, docere instituit,  
suo cauillo putans sibi omnia licere, cū  
stipatus sit equitibus à Senatu adiun  
ctis. Expellite illū, inquam, si tacere nō  
uult, non solum ex templo, sed etiam ex  
agro nostro eum eūcīte, Domino gra  
tum ea in re præstabitis officium. Veri  
tas nobis palam facta est, nemo nobis  
deinceps etiam blandiloquentissimus  
imponet. Nostro iam periculo edocti su  
mus, quomodo uulpibus istis sit occur  
rendum. Nolumus iam amplius hoc o  
nus ferre, quod olim coacti sumus susti  
nere à pastoribus nostris, qui tamen pa  
stores non fuere, sed lupi feroce, leones  
crudeles. Iam aliud seculum est, eam ob  
rem è suggestu te mox abdica. Adhæc  
non tristi spiritu, sed alaci, & tanquam  
has

has uoces (uulgi enim mores illi cōper-  
tissimi erāt) contēneret Oecolāpadius,  
respondit. Considerate boni uiri , quid  
uobis sit agendum, sto coram Deo Iudi-  
ce iustissimo, missus à clarissimo Senatu  
uestris dominis, ut uobis pascua salutis  
proponam, & ab erroribus, in quos per  
maleferiatos homines inducti estis, li-  
berem , & me ob eam rem deturbare  
è suggestu, aut interficere conamini?  
Occidite me, si ullam iustum causam ha-  
betis, & si uestrum non sit officium, sed  
magistratus . Veritatē uobis propono,  
uestram salutē. Non meum commodū,  
necq; meam gloriam quæro , huic fides  
danda , si fideles Christi estis discipuli.  
Nō tumultuandum , sed pacifice respō-  
endum, & errores, si quos doceo, refel-  
lendi. Hoc non est ingenium piorū, do-  
ctores synceros uelle occidere , fustibus  
abigere, seditionem contra illos excita-  
re, mēdacijs sua fulcire, furore omnia a-  
gere. Tyrannorum est mos , insania om-  
nia implere, nihil recti & ueri sapere, nō  
admittere reprehensorem. Quis ex uo-  
bis

bis me arguet, aut falsa dixisse conuin-  
cet; palam dicat, oro uos per Christi  
sanguinem. Cur muti estis? Deseruit  
ira & excandescens. Voco in testem  
uestram conscientiam, me uera docuisse,  
mea quod ex uerbo Domini probasse, mu-  
nisse quod. Conuincite me ullius erroris.  
Quando aliquid adducitis? Verum post  
longam concertationem, rusticus po-  
pulus mitior factus, quum Senator cum  
eo amandatus, obedientiam requireret  
ab eis. Et sic discessum, & itum in hospi-  
tium, dimissis istis insanis doctoribus, qui  
sua furcis & ligonibus stabilire uolunt.  
Poena illis, qui fontes huius seditionis er-  
rant, digna demum inflicta est, ne reli-  
qui deinceps simile quid tentent, & au-  
deant.

*De Anabaptistarum morositate er-  
gap peccantes & fideles. Ex Cal.*

Donatistæ, cum cernerent in Eccle-  
sijs uitia, quæ uerbis quidem reprehendebant  
Episcopi, sed excommunicatio-  
ne non plecterent, quia non putabant,  
se

se hac uia quicquam profecturos, in E-  
piscopos atrociter inuehebantur, tan-  
quam disciplinæ proditores, & à Chri-  
sti grege, impio schismate se diuidebat.  
Qualiter hodie faciūt Anabaptistæ, qui  
nullum cœtum Christi agnoscunt, nisi  
angelica perfectione omni ex parte cō-  
spicuū, sub prætextu sui zeli, quicquid  
est ædificationis, subuertunt. Tales, in-  
quit Augustinus, non odio iniquitatis  
alienæ, sed studio suarum contentionū,  
infirmas plebes iactantia sui nominis ir-  
retitas, uel totas trahere, uel certe diuide  
re affectat. Superbia tumidi, peruticatio  
uesani, calumnijs insidiosi, seditionibus  
turbulenti, ne luce ueritatis carere eos  
pateat, umbra rigidæ se ueritatis obten-  
dūt. Et quæ in Scripturis, salua dilectio-  
nis synceritate, & custodita pacis unita-  
te, ad corrigenda fraterna uitia, modera-  
tiori curatione fieri iubentur, ad sacrile-  
gium schismatis, & occasionem præci-  
sionis usurpant. Ita se transfigurat sathā  
in Angelum lucis, dum per occasionem  
quasi iustæ seueritatis crudelēm fæuitā  
per-

persuadet, nihil aliud appetens, nisi ut corrumpat, atq; dirumpat uinculum pacis & unitatis, quo firmo inter Christianos, vires eius omnes inualidæ fiunt ad nocendum, muscipule insidiarum comminuantur, & consilia euersionis euanescunt, &c.

*Anabaptistæ somniant hominibus plenam regenerationem hic im partiri, Idem.*

Quoniā autem non desunt, qui hāc unicam salutis ( nēpe remissionem peccatorum per Christum ) ancoram eripere Ecclesiæ conentur, aduersus tā pestilentem opinionem fortius roborandæ sunt conscientiæ. Nouatiani olim isto dogmate Ecclesiæ exagitarunt, sed Nouatianis non multum dissimiles nostrum quoq; seculum habet quosdam ex Anabaptistis, qui ad eadem deliramenta relabuntur. Fingunt enim regenerari Dei populum in baptismō, in puram et angelicam uitam, quæ nullis carnis fôrdibus uitietur. Quod si post baptismum

ptismum delinquit, nihil præter inexorabile Dei iudicium illi relinquunt. Breuiter peccatori, post acceptam gratiam lapsi spem ueniae nullam faciunt, quia non aliam agnoscunt peccatorum remissionem, nisi qua primum regeneramur.

*De Anabaptistarum delyrâ*

*pœnitentia; Idem.*

Omni autem rationis specie caret eorum deliramentum, qui ut à pœnitentia exordiantur, certos dies suis neophytiis præscribunt, per quos se in pœnitentiâ exerceant, quibus demum transactis, in Euangelicæ gratiæ communione ipsos admittunt. De plurimis Anabaptistis loquor, ijs præsertim, qui spirituales haberi mirè gaudent. Tales scilicet fructus profert spiritus ille uertiginis, ut pœnitentiam, quæ in totam uitâ prorogâda est homini Christiano, paucis dieculis terminet.

Ana-

*Anabaptistæ populum ueterem  
faciunt prorsus carnalem, sed  
insaniunt, Idem.*

Quin etiam quod utilissimum alio-  
qui futurum erat, necessarium nobis fe-  
cerunt furiosi nonnulli ex Anabaptista-  
rum secta, qui nō aliter de Israelítico po-  
pulo sentiunt, quam de aliquo porcorū  
grege, utpote quem nugantur à Domi-  
no in hac terra saginatum, citra spem ul-  
lam coelestis immortalitatis, &c. Consti-  
tuamus ergo secure, quod nec ullis dia-  
bolí machinis reuelli queat, uetus Testa-  
mentum, seu fœdus, quod in Israelítico  
populo percussit Dominus, non rebus  
terrenis fuisse limitatum, sed spiritualis  
eternæq; uitæ promissionem continu-  
isse, cuius expectationem omnium ani-  
mis impressam oportuit, qui in fœdus  
uerè concedebant. Hanc uero insaniam  
ac perniciosam opinionem procul sum  
moueamus, aut Dominum nihil aliud  
proposuisse Iudeis, aut illos nihil quæ-  
siuisse, preter uentris saturitatem, carnis

delicias florentes opes externam potētiam, liberorum fœcunditatem, & quicquid animalis homo in precio habet. Non enim aliud cœlorum regnum hodie promittit suis Christus Dominus, quam ubi recumbant cum Abraham, Isaac & Iacob. Ac Iudæos seculi sui, Petrus hæredes esse Euangelicæ gratiæ asserebat, quod filij essent Prophetarum, comprehensi in fœdere, quod Dominus olim cum sua gente pepigisset, &c. Videlocum, si plura desideras.

*Anabaptistæ Magistratum Christianum negant, Idem.*

Illi cum in Euangeliō promitti liberatatem audiunt, quæ nullum inter homines regem, nullūq; magistratum agnoscat, sed in Christum unum intueatur, nullum libertatis suæ fructum capere se posse putant, quam diu aliquam supra se eminere potestatem uidet. Itaq; nihil fore saluum existimant, nisi totus in nouam faciem orbis reformatur, ubi nec iudicia sint, nec leges, nec magistratus, & si

Si quid simile est, quod officere suæ liberatati opinātur. At uero qui inter corpus & animam, inter præsentem hanc fluxam ipsius uitam, & futuram illam æternam & discernere nouerit, neq; difficile inteliger, spirituale Christi regnum, & ciuilem ordinationem, res esse plurimum se positas. Cum ergo Iudaica illa sit uanitas, Christi regnum sub elemētis huius mundi querere ac includere, nos magis quod perspicue Scriptura docet, spiritualem esse fructū cogitantes, qui ex Christi beneficio colligitur, totam hanc libertatem, quæ in ipso nobis promittitur, atque offertur, meminerimus intra suos fines contineri, &c.

*Innocentiae anabaptisticae exemplum ridiculum.*

Anabaptista mire stolidus, aut quietus quātus fuit hypocrita, ad Rheni ripā, quietis & illudendi homines gratia commodum locum nactus. Hauriebat enim manu subinde aquam, neminem ex prætereuntibus aspiciens, eamq; a-

quam in lacunulam, quam in hoc para-  
rat, infundebat, quæ mox exiccabatur.  
Non enim poterat aquam continere,  
quæ mox ut infusa erat, absorbebatur in  
arido terræ loco. Quid nam sibi hæc lu-  
dicra & stulta res uellet, prætereūtes ad  
mirabantur. In publica enim uia sedem  
sibi hypocrita delegerat, ut sui admira-  
tionem daret, omnibusq; conspicuus es-  
set. Percontatus à quibusdam, quid sibi  
hac re uellet, quū impossibile esset Rhe-  
ni flumen tot fluuiolis indies auctum,  
exhauriri posse manu sua. Respondit  
arridenti ore, O boni uiri, diuina myste-  
ria uos fugiunt. Innocentiae exemplum  
hic uidetis. Nam Christi iussum sequor  
qui dixit, Quicunq; non acceperit reg-  
num Dei tanquam puellus, haud qua-  
quam ingredietur in illud. Quę res pue-  
rilior aut infantior, quam uelle manu tā  
tenui, Rheni cōtinuas aquas exicare.  
Quidam ex adstantibus cachinno illius  
stultitiam excipiebat. Posse, inquit, ci-  
tius cātharos uini plenos optimi exhau-  
rire euacuareq; quam præterfluentes  
Rheni

Rheni aquas. Qualis obsecro illa innocentia, de qua Euangelium nihil loquitur, aliam Christi uerba requirunt, nō illam stolidam & inutilē, qua te iactas. Fucus subest, nomen quæris apud homines, quasi sapientior ceteris sis, quod tamen nunquam habebis inter pios, nisi tale uelis, & ames, quale habuit ille, qui Ephesinum templum ex mera malitia exussit.

*Aliud Innocentiae exemplum.*

Alius ex illorum numero plus infatia quam prudentiæ habens, ollam stercore humano plenā, sit honos auribus, ad hebdomades aliquot collectam in uiam exonerarat, sc̄q; exutis uestibus, nudō corpore in fœtido isto stercore more puerorum uolutabat, idem dices, quod iste alter, iussum hoc esse à Christo, eūc̄q; uerum Christi uerborum esse sensum, quem modo ipso facto declareret, alias neminem, qui eum non imitetur, fieri regni Dei participem. Lentis uirgis & in aqua bene maceratis, hi stupidi homines

& sui amantes dedolandí, ut tandem ab  
ijs stultis opinionibus desisterent. For-  
tassis bene mentulatus fuit, quod ita nu-  
do corpore se in foetidis excremētis hu-  
manis commacularit. Dignus fuisset,  
ut sterlus illud in os illius ingestū esset,  
donec totus ex stercore regeneratus, pu-  
eriq; factus esset, aut omnino suffocatus.  
Nihil tale hominum genus pudet, nihil  
non audent. Omnia apud eos licent eti-  
am turpissima.

*Anabaptistarum frons inusta.*

Domini illustres in Ropolzstein, quos  
dam anabaptisticae factionis homines in  
carcere, vindici nefariorum scelerū, ad  
dies aliquot detinuerant, incerti quam  
nam de illis sententiam ferre commode  
possent. Et ut contemplati in religio-  
nis negocio dijudicarent, hactenus e-  
nim qui ulla heresi accusabatur, Episco-  
pis, qui hac in re iudicium ex Scripturis  
habent, transmissi sunt, consuluerunt  
theologos rare eruditio[n]is, et à Iurispru-  
dentibus consilia petierunt, quidnā cū  
illis

illis esset statuendū, tum ex diuinis legibus, tum ex prophanis, ludicio tandem eos, ob perfidiam et uarios articulos cōtra ueram religionem, fisti, conclusum communi suffragio. Senatus huius op̄piduli (nolo hic certi aliquid statuere, quū non interfuerim, sed ea ab alijs hauserim, qui nō solum suis oculis uiderūt, & auribus audierunt, quæ acta sunt, sed etiam pars fuerunt eorum omniū, quæ cum ijs miseris hominibus cōtigerunt) in eam sententiam, post longam consultationem, & bene per pensam rē, de qua agendum erat, iuit, ut cauterio illorum frons notaretur, stigmataq; Dominorū, in quorū terra peccassent, bene expresa gererent, quo se pessime egisse, se que absq; ulla iusta causa ab Ecclesiæ catholice gremio auulsiſſe, & erroribus non tollerandis se polluissse, hæreticorum dogmata approbasse, illisq; adhæſiſſe, et a lios seduxiſſe agnoscerent. Sententię ad iectum, ut mox ex dominio illustrium Heroum abeant, & nunquam reuersio nem faciant, aut gladio subiīci, sineq; o-

mni misericordiæ affectu puniri. Neq;  
illis iuramentum datum, quod et si roga-  
ti non præstitissent. Sicq; abierunt lati-  
quod aliquid pro nomine Christi passi  
essent. Vide satanæ astutiam mirabile.  
Nomen Christi sonat, populus simplex  
id audit, ingemiscit, murmurat contra  
Christianam potestatem, quasi iniuste  
hi viri pœnam sustinuerint. Putant etiā  
illos, quū fortiter pericula subeunt, pro  
bos esse viros, innocentes, cultui diuino  
deditos, quum omnibus modis contra  
Scripturam, contra antiquæ Ecclesiæ et  
apostolicæ consuetudinem, contra ec-  
clesiasticos Doctores, qui partim etiam  
sanguinè suo testati sunt, hanc esse uerā  
doctrinā, & utilem ad salutem æternā,  
se opponant, errores non intellectos de-  
fendant, approbent. Admoniti autem  
non semel, dum in carcere inclusi essent  
à pījs & doctis viris, quò agnoscerent  
errores à seductoribus imbibitos, schis-  
mata in quæ ex ignorantia Scripturarū  
lapsi perpenderent, ne Ecclesiæ Christi  
anæ hanc maculam inurerent. Esse ple-  
beios

beios homines, quibus aratrū & tribula-  
la, reliquaq; rustica instrumēta notiora,  
quam diuinæ Scripturæ germanus sen-  
sus. Non ita illotis manibus diuini Spi-  
ritus uerba esse tractanda. Exercitium  
in omnibus rebus locum habere. Satis  
uobis simplicibus, quibus alia negocia  
incumbunt, si articulos fidei, Decē præ-  
cepta teneatis, credatis, Christianeç ui-  
uatis. Orationem Dominicam habetis,  
in qua Christianus se quotidie oblecta-  
tur, in omnibus angustijs ac tribulatio-  
nibus ad Deum confugiēs. Sed frustra  
laboratum est, in uētum locuti sunt pīj  
& synceti doctores. Verū Christus per  
Diuum Paulum prædictis, ὅτι εἰπ ὑστέροις  
καιροῖς ἀποσύστατι τινες πίστεως, atten-  
dētes spiritibus πλάνοις, ac doctrinis dæ-  
moniorum per simulationē falsiloquo-  
rum, cauterio notatam habentium con-  
scientiam, &c. Non solum autem se nō  
emendarunt, sed etiam peiores & auda-  
ciores ad responsandum his adhortatio-  
nibus effecti, quasi hoc blādo alloquio  
piorum, eorum causa melior sit certior.

que. Sed videbunt tandem, uita illa exuta, quādo ante iustum Iudicem standū, quid egerint, quamcū subdole decepti sint, aut quomodo se ipsos pulchra illa hypocrisi in damnationem coniecerint æternam.

Nec illud innocentiae exemplum prætereundum duxi. Quidam non longe à Schafhusia, abiectis uestibus, in arenoso loco lacunulam digitis effoderat, in quam crebro urinam proijciebat, neminem ob nuditatem aut fugitates, aut timentes, licet robusti essent homines, suisque membris ita esformati, ut nihil eis deesset, ad ueri hominis proportionem. Audiuī etiam, illis nebulonibus mulieres quasdam se immiscuisse, innocentiae suæ, uestibus sepositis, specimē dedisse.

Aliud iam occurrit, non dissimile huic. In medium, ubi Anabaptistarum numerus, peracta concione allati sunt fasci culi bacillorum, iussus unusquisque bacillum arripere, obequitarecque deposita ueste, in corona tā mulierum, quam uiorum et puerorum. Nudo enim corpore hæc

hæc innocentia sacra exercenda sunt, prudens diceret, summe malicie, & peruersi animi esse signum. Verum satan nouit ista puerilia in sui commodum & damnum homini uertere, perq; ea multa flagitia excitare, quæ nemo unquam cogitasset, aut credidisset. Vis scire impostor, quid innocentia uera sit, audi diui Ambrosij uerba. Hoc est, inquit, innocentem esse, ignorare quod noceat, & si circumscribitur ab aliquo, de omnibus tamē bene iudicat, qui fidem esse in omnibus arbitratur. Et innocentia est, ubi non est nocendi uoluntas, quæ neque in clamore uocis, nec in spoliatiōne uestimentorum, nec in obequitatione nudato corpore, super tenui & candido bacillo, sed in conscientia integritate est innocentia defensio, nec salutem corporis ambiens, sed in puritate animi, &c.

Ana-

*Anabaptistas, Literas bonas & omnem Philosophiam contemnere,  
Ex Epistola D. Ioach. Vadiani  
ad Bullingerum, Actib. Apostolorum præfixa.*

Habet hæc nostra ætas, uit doctissime, complusculos Euangelij ministros, pios quidem illos & diligētes uitros, qui immodica quadā, ut mihi uidetur, Scripturarū ueneratione adducti, in ea sunt hæresi, ut existiment presbyteris, ad pa-scendum gregem Dominicum uocatis, non licere, præter Scripturam uere sacram, ullā philosophiæ partē legere aut tractare. Huius enim nihil esse, quod ad salutem nostrā attineat, nec quadrare, ut quæ sunt hominum solertia inuen-ta, ad coelestem illam, & à Deo reuelatā philosophiam adhibeantur. Pastorem esse debere, qui Ecclesiæ præest, non cōtemplatorem, nec aliud illi spectandum magis, quam ut plurimorum salus, doctrina illa, quam Apostolus sanam uocat, quaratur. Eam nec in hominū plati-

citis consistere, neq; ab ulla naturæ parte præstari, sed ex unico illo & inexhausto fonte aquæ uiuæ in uitam æternam salientis, qui quidem in Scripturis Prophetarum & Apostolorum ceu amplio quodam in labro contineatur, haurire oportere. Quam opinionem & Catabata pœstæ de internæ uidelicet uocationis sufficientia persuasi, nō semel apud nos publicis in congressibus, cum clamore et strepitu ita, suo more, tuebantur, ut in totum & linguarum peritiam, & eloquentiæ studium supploderent, atq; exibilarent. Illorum autem existimatio, tā et si in speciem non multum aliena esse à ueritate uideatur, propter abusum studiorum & artium, quem proximis aliquot seculis stupor quidam, & ut sic dicam, publicus hominum ueterius orbi inuexerat, tamen propius intuenti constabit, arbitror, errorem esse non minus perniciosum, quam illorum fuit, qui negarunt sacras literas sine ope philosophiæ nunquam recte aut doceri aut intelligi posse. Ac mihi quidem si alterum

tram

tram in sententiam eundum pedibus es-  
set, tolerabilius uideretur in eam pecca-  
re partem, quæ abusum doctrinarū ad-  
mitteret, modo interim essent, qui pro-  
be uiterentur, quam probare sententiam  
quæ honestarum artium studia prorsus  
tollenda esse de Ecclesijs arbitratur, &c.

*Hetzerus literarum bonarum oſor.*

Libellum Germanicum Hetzerus  
parauerat, quem uidi, qui omnem phi-  
losophiam, et literas tam Græcas quam  
Latinas explodebat, pulchris in hoc ex-  
cogitatis, ut sibi uidebatur, argumentis  
& rationibus. Apostolos piscatores, in  
doctos, loco exempli adducebat, quos  
Christus, in discipulos & doctores mū-  
di elegerat, docueratque ueram religionē,  
quam & sparserunt per totum mundū.  
Neque opus esse gentiliū testimonij O-  
ratorum aut Poetarum, & si horum au-  
toritate aliquando Paulus sit usus rarissi-  
mē, & apud eos, qui sacram Scripturā  
nihili pendebant. Potuisset multo uenu-  
stiores & elegatiōres locos adducere ex  
Biblijs

Biblijs, quam ex ethnicorum libris, sed inseruit tempori. Item dixit, non opus esse lectione ulla, nisi biblica, cuius Spiritus sanctus uerum intellectum se in uno cantibus instillat, & suggerit. Quod autem libellus iste non sit editus, in causa fuit insperata illius captiuitas, in quam Constantiae incidit, Domino illius cursum in malitia impediente. Quid de Divinitate Christi senserit, quae loca Scripturæ ad opinionem suam stabilendā cōgesserit, nolo hic adducere. Nam nō dubito illum ex animo, quum ad suppliū iter arripuisse, resipuisse, publice que suos errores reuocasse, ut Libellus, Germanice editus de illius obitu, testatur. Hæc autem ideo in medium profero, ut sui complices, qui hunc pestiferū libellum descripsierunt, admoneantur, ne illi aut suis scriptis credāt, sed potius Vulcano tradant, ne simpliciorum cor da eo ueneno inficiantur.

Ioan.

IOANNIS GASTII  
BRISACENSIS, THEOLOGIÆ  
candidati, *De Catabaptista  
rum erroribus Liber  
secundus.*

IOANNES OECOLAMPADIVS  
*Christianis Lectoribus gratiam  
& pacem Christo.*



I A in nomine Domini.  
Quā Catabaptistæ hinc  
inde plenis buccis seleia  
ctitent, in proximo col-  
loquio, inter nos habito  
in parœcia Diui Martini, victoriā ante  
congressum obtinuisse, silentiumq; no  
bis sua infallibili doctrina imposuisse,  
cogor, ut neminē fugiat, quid inter nos  
tunc temporis sit actum, scriptis auxilia  
res copias illis transmittere, quo eorum  
laus maiori sonitu ebuccinetur, omni-  
busq; manifestum fiat (non dubito sapi-  
ens statim olfaciet, si ea res illis prius ab  
scon-

sc̄dita aut ignota fuit) cuius spiritus h̄i boni uiri sint, & ubi hulcus lateat. Et sic etiam utilem admonitionem, ut à fermēto pharisaeorum caueat, habiturus est.

Primo Deo gratias egerunt ob collo quij institutionem, & se fraterna charitate adesse, Deumq; ut suum Sp̄ritum illis donet, precari. Etsi ab alienatum se habere animum erga quosdam, & præcipue me nominabant, quod titulo secularum & seductorū eos in concionibus publicis insignieram, cuius rei causam se grato animo paratos esse audire. Nam ualde absurdum fratres conuicijs proscindere, nihilominus sapissime accidisse.

Ad quod respondi, ferè in hæc uerba. Precor et ego Deum pro suo spiritu, qui nos non solum nunc ad ueritatis uitam ducat, & seruet, sed in omne euum. Non nego, semel atque iterum publice concionatus sum contra Catabaptistas in genere, priuatarum personarum nullam faciens mentionem, quia nullū adhuc Catabaptistam subnatum esse credebam,

debam. Neq; etiam somniabam hic aliquos latere, qui rebaptizati essent. Scio præterea illud, quod ne in minimo incusare me possunt, aut quod à me læsi, aut traducti sint. Nā omnibus bene cupio, & ex animo faueo, quantum in me est, neminiq; malum inferre, aut incommodare uolo. In concessionibus autem ecclesiasticis, ob officiū mihi delegatum, dam nosis erroribus occurrere, populum sim plicem admonere, summis precibus ob testari compellor, ne implicitur nocētissimis sectis. Et deinceps non desistam inhortari omnes, cooperatoribus etiā, admotis precibus, idem præcipiam, & diligentissime mandabo, ne quid in hac re negligent. Hoc in negocio nemini parcere debeo, ne illis quidem, qui majoris sunt autoritatis, quam uos, qui ali quid videmini esse, cum nihil sitis, neq; eruditii, neq; sana mente prædicti. Nostis, quid Dominus per Ezechielem nos do ceat, illi obsequendum.

Doctrina uestra, omnino nouum est  
figmentum, intra duos annos subnata,

&amp;

& ob id suspicione plena. Si reuocatur ad trutinam, ad uerbum Dei, apparet, quod omnibus modis cum charitate uera repugnat, contemtrix Christianæ ecclesiæ est, separationis et sectarū amans. Et quia spiritui Dei contraria, uera esse non potest.

Aut narrate, quis hactenus ita docuit, aut quando talis consuetudo, quam uos Ecclesiæ præscribitis, obseruata unquam est: Responderunt, Ab Apostolis id consuetudinis ad nos fluxit, & Scriptura id docet, nihil pēdimus usum hactenus in Ecclesia papistica obseruatum. Inferebam, Scripturam amo, & ueneror, qua & me strenue defendā, que etiam iudex erit in omnibus alijs rebus, quæ ad gloriam Christi pertinet, cui & me, & omnia, quæ dicturus sum, subiçio. Audire gestio, quādo, & à quo infantium baptismus prohibitus. Si infantium baptismus uerus, ut est uerissimus, tunc rebaptizatio rejecta est. Si autem non ferendus, necesse alius sit baptismus. Noui ex historijs baptismum in  
y 2 fan-

fantium à temporibus Apostolorū datum, & nunquam , ne à pessimis quidē, prohibitum. Augustinus manifeste cōfitetur in Genesim Libro decimo, quod consuetudo matris Ecclesiae fuerit, infantes baptizare. Tractarunt etiam hac de re in Cōcilio Miluetano, in quo Augustinus præsidentem egit. Neq; in dubiū uenit ea in synodo, an pueri essent baptizādi, quia illud nemo negarat unquam in terris. Sed Pelagianos hæreticos, qui peccatū originale negabant, condemnarant, & nihilominus permittebant infantium baptismum in suo uigore, cum non possent negare illum ab Apostolis ad nos defluxisse . O quam preciosam rem habuissent, si uenari, baptismum il lum puerorum, quo etiam hoc tempore utimur, ab Apostolis inhibitum fuisse, potuissent. Erant egregij & docti viri, ut scripta eorum testantur , profecto & hoc saxum mouissent . Atqui per baptismum infantium hæresis illorum confusa, reprobata & discussa.

Sí animo est illorum sententiam investi-

uestigare, qui ante Augustini tempora fuere, non in frugiferum erit. Cyprianus centum annis, aut paulo plus ante Augustini tempora uixit, & in Epistola ad Fidum adfirmat, de baptismo infantū sermonem fuisse in Concilio Carthaginensi. Non quasi in dubio fuerit, an baptizandi sint infantes, nec ne, sed ob id quod quidem Iudaizarent, putates pueros octauo die solum baptismō abluedos, quemadmodum Iudaeorum pueri octauo die circunciderentur. Illis omnibus obstitit Conciliij confessus, optimis rationibus & admonitionibus.

Qua in re obseruādum, aliquando conclusum fuisse à pijs Ecclesiæ pastori bus, ut solum in anno baptismus daretur, sed eam constitutionem ab Aposto lis non derivasse, neque propter pueros institutā, sed ob adultos & prouectioris ætatis homines, qui ex infidelibus ad Christianissimum accedebant.

Recollige adhuc proximiora tempora ad Apostolos respicientia. Origenes præcessit 50 annos Cyprianum, ille in

Epistola ad Romanos clare ostendit,  
quod illa baptismi consuetudo ab Apo-  
stolis ad nos uenerit. Neque credendū,  
Origenē in hoc potuisse errare, qui pro-  
pinqus Apostolorum temporibus in-  
uita fuit, cui & mendacium palam po-  
tuisset obīscere, si quid scripsisset, quod  
illis non cognitissimum. Et suppudis-  
set illum, tale quid cōmittere suis in scri-  
ptis, qui in alijs rebus consignandis a-  
deo diligens fuit. Etsi in multis pessime  
aberrarit, quem allegoriae suę solummo-  
do seduxerunt, errareq; fecerunt.

Insuper uos tot milia hominum, qui  
haec tenus baptizati sunt in pueritia, nō  
dignos censem nominē fratrū, et à Chri-  
stiano cōetu illos excluditis? Quām ar-  
etum regnum Christi & paruū facitis?  
O insensati, à quot sanctis hominibus  
uos ipsos segregatis: imò à Christo ipso.  
Et cum sectam nouam introducitis, in-  
corporamini diabolo & angelis eius.  
Eam ob rem separationem hanc, multo  
rum malorum, & errorum causam nec  
uelo, nec debeo docere. Fidem & chari-  
tatem

tatem quicquid excedit, hoc reijciendū,  
& anathematizandū.

Obiectum etiam mihi est, quod multa contra Romanam et papisticam consuetudinem docerem, quæ multorum Patrum consensu confirmata, & multis annis durassent. Nihil se curare consuetudines dixerunt, in uerbis Apostolorum & Christi uim sitam esse. Paucis hæc cōfutavi. Alia res est cum papisticis consuetudinibus & ritibus, & alia res baptismus puerorum. Cæco apparet constitutiones plerasq; à pontificibus populo obtrusas contra Scripturam, fidē et charitatem esse, neq; illæ pariter ac concorditer ab omnibus approbatæ ac receptæ. Papam non esse caput Ecclesiæ, omni tempore, & à non paucis libere dictū & scriptum. Neq; illi ab omnibus Christianis obedientia præstita est, tanquam capiti summo. Honorabile coniugium sacerdotum à Græcis huc usq; obseruatum, reclamante Papa. Missam non esse sacrificium, quemadmodum papismi defensores loquuntur, palam est in or-

thodoxis Patribus. Imaginum abusus  
in templis s<sup>e</sup>pe reprobatus, & à doctissimis & sanctissimis uiris. Monasticam  
uitam, ut iam in usu est, humanam esse  
inventionem nemo negat, etiam hi, qui  
egregij illius sunt defensores. De inuocatione sanctorum, de purgatorio, &c.  
nouiter ea omnia esse excogitata, ex pro-  
prijs libris confutari possunt, quod ab-  
erratur à scopo Scripturæ, et si Patribus  
plus tribuunt, quam Scripturæ diuinæ.

Atqui cum baptismo infantium lon-  
ge alia ratio est. Fruole consuetudinem  
Ecclesiæ contemnere, quæ nec prohibi-  
ta apertis uerbis in Scripturis, nec fidei  
aut charitati aliquid detrahentem, quæ  
que etiam sine ulla unquam contradic-  
tione religiose obseruata, superbū et  
stolidū hominē arguit. Obiectatis uos,  
quid in buccam uenerit.

Obiectum præterea, Indignas & ni-  
hil pendendas ceremonias, cum puerū  
baptizatis, adhibetis, uidelicet coniura-  
tionem satanæ, salis immisionem, can-  
dalarum apparatum & sputi exputi, &  
alia

alia pleraq;. Huius rei nolui esse defensor, cum & mihi displiceret, ob abusum inde enatum. Alias, quicquid utilitatem aliquam habet, aut manuductionem ad docendum, eo libenter utor. Verū hæc Christianis libera sunt, quibus aut addere, si commodum uidetur, & populo utile, aut demere, si abusus obrepserit, pro temporis ratione, quemadmodum in cæteris ceremonijs fit, possunt p̄ij & sancti Episcopi. De externis nullū certamē excitauius, quæ media sunt, uerbo Dei non repugnant.

Cum autem de baptismo loquimur, consuetudo aliquid in se habet, quæ à temporibus Apostolorū ad nos uenit, conformiorq; Scripturæ sanctæ est, Apostolos infantes baptizasse, quam nō baptizasse. Totas domos tinixerunt, uestrum erit loca Scripturę adducere, que palam baptismum puerorum prohibeant. Hic proruperunt Catabaptistæ, ut ego ex Scripturis demonstrare, ubi nam puer nominaretur in Scripturis, qui ba-

priuatus esset. Thomas confrater mox  
inquit, Et uos ostendite, quo in loco scri-  
ptum sit, quod mulier baptizata sit.

Ad hæc inferebam, Agite, Scriptu-  
ram examinabimus, in qua fundamen-  
tum uestrum, ut iactatis, positum est.  
Nā falsa opinione decepti, ut friuole ne-  
gēt, sub nomine domus pueros non cō-  
præhendi. Interim multa ab utraq; par-  
te disserebātur, ut mihi locus loquendi  
non esset. Sed commode & hoc accidit.  
Interea enim illi, quod in pectore clau-  
sum erat, effundebāt, nos Zuinglio ad-  
hærere adserentes. Respondimus. Pro-  
fecto rē acu tetigistis. Est ne hoc Zuin-  
glio fauere, cum probamus non solum  
coniecturis, sed etiam Scripturis, & cō-  
suetudine Ecclesiæ antiquæ, quæ in to-  
to Christiano orbe adhuc tenetur, san-  
cteꝝ obseruatur, puerorum baptismū?  
Deberē ne ab hoc instituto deflectere,  
& uestrarum fieri partium? Addebat  
amaro stomacho, Libelli à quibusdam  
de Baptismo in lucē eduntur, in quibus  
manifesta mendacia & conuicia de illis  
spat

spargerentur. Respondi, Occurrite illis  
scriptis, sitantum audaciæ habetis. Vis  
non latet, ubi habitet. Arguite, reprehē-  
dite, si meliora habetis. Auxilio erit etiā  
Senatus, ne in ullo cōqueri possitis. Sed  
perscrutemur Scripturam.

Exempla ex Actis Cap. 8 de Eunu-  
cho baptizato, & Cap. 10 de Cornelio  
adducebant, quibus uerbum Dei præ-  
dicatum est, ante susceptionem baptis-  
ti. Id etiam ubiqꝫ in Scripturis obuiam  
esse, & quocunqꝫ in loco baptismi men-  
tio, ibi additū aliquid de fide. Pueri au-  
tem non intelligunt, necqꝫ capiunt conci-  
ones, ergo carent fide. Quod sic dilui-  
mus. Exempla de Eunuco & Corne-  
lio non secum ferunt, quod Christiano-  
rum pueris baptismus sit denegandus.  
Confitemur & nōs, necqꝫ senem, necqꝫ ra-  
tione præditum, nisi prius sit edoctus fi-  
dei mysteria, debere baptizari. Sed alia  
ratio est cum pueris, qui absqꝫ ullo pro-  
prio peccato existunt, & immaculati  
sunt.

Imelius ὁ οὐρανὸς etiam sua profere-  
bat

bat contra retinctorum argumēta. Nos  
inquit, non dubitamus pueros Deo el-  
se charos, & promissionem habere, igi-  
tur conueniens, ut etiam baptismo insi-  
gniantur. Ita in Marco Cap. 10 scriptū,  
Talium est regnum cœlorum. Scio lo-  
cum hunc Scripturæ uobis maxime dis-  
plicere, & illam promissionē trahere ad  
senes conamini, qui se (iuxta præceptū  
Domini Matth. 18) conuertunt et fiunt  
sicut pueri. Nihilominus tamen non  
potestis illam promissionem ab infantī-  
bus, qui per fidem Christo à parentibus  
uel alij adducti, auertere. Quia Domi-  
nus aperte loquitur in Marco, Sinite  
puellos ad me uenire, ne prohibete illos  
taliū est enim regnum Dei. Et cum co-  
pisset in ulnas, compositis manib[us] su-  
per illos, benedixit eis. Quid nūc impe-  
diret, quo minus baptismo inaugurarē-  
tur, et in Christianam Ecclesiam, in qua  
populus Dei est, assumerentur? Quod  
etiam Petrus Actorum 10 confirmat,  
Num quis prohibere potest, quo minus  
aqua baptizentur hi, qui Spiritum san-  
ctum

Cum acceperunt, sicut & nos:

In hoc confictu Catabaptistæ, quæ proposuerant, parum curabant, oblitæ argumentorum, ad quæ respondendū erat, neq; nostri ea diluebāt, iam hoc adferebant, modo aliud, ut sit in tumultua rījs disputationibus. Tandem dictum ex Marco Cap. 16, in quo omnis uis eorum consistebat, allegabant, prælegentes ex Libro textum. Finita lectione inferabant, Agnoscitis primo scriptum esse, Prædicate, & qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Credere, credere, inquit, primo positum est.

Dixi me uelle respondere ad ea. Deprehendo, inquam, in hoc uerbo credere, uestrum esse fundamētum situm. Nihil efficietis, sanus intellectus quærendus, & totus locus Euangelistæ cōsiderandus, perpendendus, excutiēdus, si genuinū sensum eruere uultis. Non est de serpenta pars quedam, proposito aliquius seruiens, & sic de re incognita fruile loquendum.

Duplex distinctio hic obseruanda.

Aliud

Aliud est, ratione præditū, & aliud, pueros Christianorū baptizare. Qui intellec-tum sanū habent, illi nemo negat, verbo Dei instruendi, alias nunquam fides fierent, neq; baptismum assumeret. In Epistola ad Rom. Cap. 10 scriptum est, Quomodo credent ei, de quo nō audiunt? Quomodo autem audient abs que prædicante? Sed alia ratio est cum pueris, quam uobis claram faciam ex libro Exodi. Et primo quæro, An pueri Iudæorū populo Dei annumerati sint, uel exclusi, an etiam ad seruanda præcepta obligati & adstricti, an liberi. Non reor aliquem negaturū, eos fuisse ad omnia obstrictos, quæ lex præscribit. Legimus igitur Exodi 19 Cap. Mosi præceptum, ut populo Israel legem præponat, idq; fecit. Et omnis populus respondit, Omnia quæcumq; Deus locutus est, faciemus. Ita & Cap. 24 repetitur hoc. Et promittunt se omnem obedientiam uelle præstare. Accepit itaq; Moses sanguinem uitulorum et hircorum, cum aqua & lana coccina & hysopo, simul & ipsum

ipsum librum (sicut in Epistola ad Hebræos Cap. 9 scribitur) & totum populum aspersit, dicens, Hic est sanguis testamenti, quod pepigit Dominus uobis scum, super cunctis sermonibus his. Hic apparet Mosen prædicasse, sed intelligētia præditis. Etsi pueri intelligere nō potuerint, nihilominus in fœdere fuere, & in populū Dei annumerati. Postea accedente ætate hanc doctrinam à parentibus suis hauserunt, didiceruntque, et nō eo tempore quo fœdus erigebatur. Hoc eò tendit, quando Christus dixit, Ite in orbem uniuersum, & prædicate Euangeliū omni creaturæ. Quicunq; crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui uero non crediderit, condemnabitur. Hunc etiam morē Apostoli in prædicando uerbo Dei tenuere, quem & Moses in mōte Sinai obseruauit. Capacibus rationē prædicarunt, & sic nouū populū Deo collegerunt, qui æque promissiones habent, atq; ille populus, qui in eremo per Mosen collectus est. Absit hoc, ut dicamus Iudæorum pueros plus

plus prærogatiæ habuisse, quam Christianorum, qui plus gratiæ sortiti sunt per Christum. Prædicatio uerbi Dei, in principio proœcta ætatis hominibus utilis fuit & necessaria, illisq; Apostoli iussi sunt prædicare. Ita & Euangelium creditum saluat, si baptismus accedit. Quibus enim Euangelium prædicandum fuit, pueris? Non intelligunt, ergo intelligentibus annunciandum. Nec tam hoc prohibet, ne pueri baptizentur. Hanc responsonem perpetuo obijcimus uobis, quoties infertis, Oportet illis prædicare. Quibus nec Adultæ ætatis hominibus. Bene, Nemo hoc negat, sed interim nō satis probatū est, pueros baptismu non insigniendos. Dico de Christianorum pueris.

Quod autem hunc locum, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, huc trahitis, quasi nullus saluari possit, nisi aqua tinctus, erratis maxime. Item, quod nulus baptizetur, nisi crediderit, peiori in errore tenemini. Ideo alius sensus hic elicendus, quia illa non dependent, qua-

si

si omnino indissolubilia. Nam quicunq; vere credunt, cum agitatur spiritu Christi, illi interne *νεὸν ἀνωθερ* baptizati et regenerati sunt. Quando homines Christū agnoscent, damnari non possunt, quādiu in hac agnitione perseverant, quia Deus alias se ipsum in illis damnaret. Item sunt multi, qui signo baptismi ornantur, qui tamen fidem ueram non habent, hi nos & seipso, cum aqua datur, decipiunt. Idcū etiam Apostolis evenit. Loquitur autem Dominus de uera fide & fiducia in se, quam Spiritus sanctus docet, quando ipse uult, nulli hominū praescripto subiaceat. Idcirco illa uerborum est sententia, quicunq; crediderit, et baptizatus fuerit, hoc est, quicunq; talē fidem habet, ut ipsum Christi nō pudeat, confiteaturq; publice coram mundo Christum esse filium Dei, sit uel baptismo, uel martyrio, uel alia cōfessione ornatius, ille saluus erit. Qui autem ita credit, ut Christi ipsū pudeat, ut apud Lucam Euāgelistam habetur, huius etiam ego coram Patre meo erubescam. Hoc

cōfirmat Apostolus in Epistola ad Romanos, Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Et alias omnis Scriptura testatur, fide nos salvare.

Ex ijs clarum sit, baptismum institutum esse proximi gratia. Quum homo perpetuo eremus incoleret, nullumq; hominem in uita sua uideret, non opus baptismo haberet ad salutem consequendam, sed fiducia concepta erga Dei misericordiam per Christum propositam sanitatis esset. Hoc nomine facessant talia figura, quasi necessaria res sit, fidem & baptismū inseparabiliter cohaerere. Baptismus enim hoc in loco non est institutus. Nam & Christus discipulos suos permisit aqua quosdam tingere ante suam passionem, illud nemo negabit. Propter enim baptizabat quam Ioannes Baptistā. Qui uero tunc tēporis baptizabatur, languida fide erant prædicti, quod in stans tentatio palam faciebat. Inde documentum sumimus, quod eo tempore initia fuere solummodo illorum, qui do-

doctrinæ Christi & fidei nomen dabat, postea dona Spiritus sancti mirū in modū aucta, diuīte cornu data. Quis dubitat, Iudā proditorē etiā aliquos baptizasse, in quorū numero multi & probi viri fuere, et Iacobum multos tinxisse: qui contempta doctrina Christi, retro abierunt. Nihilominus unus populus per baptismum sic unitus est. Eisi etiam priores baptismū accepissent, quod fieri potuit, quid aliud fuisset, quam quod annumerati essent fidelium congregacioni, & ad nouum populum Dei recensit: ad quem eo usq; non numerarentur, quousq; baptismum receperint. Propterea Christianus parens eo sit affectus præditus, ut omnis sua familia annuimetur populo Christiano. Quidā summa voluptate pueros ipsorum, propter non men Christi passos & imperfectos contemplati sunt, et si martyrium unde ortum, nescissent. Quod igitur emolumenū adsequimini ob dissidium elementi aquæ:

Cum talia loqueremur, unus ex illo

rum farina adueniebat, cui ignotū, quae  
de re, quo ue Scripturæ loco certamen  
effet, qui impudenter & friuole sermo-  
nem incipiebat. Mibi non ignotum, di-  
cebat, qualis hæc sit disputatio, & sine  
ordine multa inania uerba effutiebat.  
Opus esse diuina sapientia, ut gloria in  
cruce, in morte uita appareret, & opus,  
ut abnegatio hic fiat, ut stultescamus. Et  
sermo ipsius ad hoc respiciebat, ut nos  
carperet, quod baptismum cum circu-  
cisione contulissimus. Nam Christus  
circumcisus, baptismo usus est. Digna  
responsione illi occurrere potuissimus,  
nempe Christum, Dominum & Salua-  
torem amborum populorum, tam illo-  
rum qui in ueteri, quam qui in nouo Te-  
stamento sunt, ideo & ambo sacramen-  
ta assumpsisse. Cum autem nulla men-  
tio de circumcisione incidisset, et confi-  
se omnia bestiæ instar eblatteraret, nihil  
illi respōdimus. Inter cætera plenis buc-  
cis sonabat, se nescire, an parens illius  
Christianus fuisset uel fidelis. Et multæ  
cerimoniæ in baptismo obseruant, quas  
con-

conueniebat abiijcere, adiūgebatur. Hunc interrogabat M. Vuolff. An crederet, Christianum populum uel Ecclesiā huc usq; fuisse. Obmutuit miser hac interrogatione. Vuolf. Sermonē incepsum resumebat. Existimo, inquit, id indubitatum apud te & tuos esse, quod Ecclesia Christiani populi fuerit omni tempore. Necq; fides patris tui est in baptismo adducta, sed Ecclesiae Christianae. Miser et stolidus in hoc perseverabat, quod ne sciret, an parentes illius fideles fuissent, nec ne. Ad hæc Thomas. Nostī ne te habuissé patrem, & unde nosti, & credis? Certe ex aliorū relatu id habes. Noui, respondet, me patrem habuissé, de illius autem fide incertus sum. Nam qui baptizatur, & qui baptizat, perfecta fide præditos esse oportet. Inscius sum denique, an parentes mei fuerint Christiani uel Iudæi. Etsi baptizati, tamen sæpius peccarunt. Nos enim pactum in baptismo facimus, promittimusq; ultra nos nō peccaturos. Thomas, Cuius tu sis filii dei, & ego etiam ignoro. Certe imperfe

Cta fides est in omnibus, quia iussi quotidie orare, Domine adauge nobis fidem. Catabaptista respondit, Se habere potestatem corripiendi delinquentem fratrem alias nescire qui fratres, qui non.

Tales sermones in uito animo admittebam. Prudens enim intelligit facile, sine omni fundamento Scripturarum ea esse prolata. Neque locus erat omnia obiecta refellendi in tanta turba, nam simul ferè omnes loquebatur, adeo impatiens silentij erant. Tandem cum finis nullus cauillandi, in haec uerba prorupi.

Dilecti non opus ad reprehensionem fraternalm rebaptizatione, omnes qui Christi nomen gerunt, hoc charitatis genus non omittent. Apparet quid uobis tributatis, uultis esse Christiani ipsissimi, seclusis alijs. Si nos Christiano nomine indignos censemus, idem & nos de uobis statuemus. Baptismus magis est testimonio inter Christianos, quam fondus. Nos testificamur in baptismo, alias utilitates nolo hic commemorare, quod Christo sumus obligati. Vnde. Ad illationem

onem uestram sequitur, Quoties quis peccat, opus habere retinctione. Thomas dicebat, Persudimini ideo aqua, ut proximi uideant uos baptizatos esse, et non ob aliam causam? Si Argentinam pergeretis, ad similes farinæ homines, quibus ignotum uos aqua retinctos, reuocaretis ne baptismum? Catabaptista unus respondet, Maxime. Illud cachino exceptum. Nam sequeretur, inquit, Thomas, ex hoc balneatio more anserū in Rheni flumine, uel lotio Iudaica.

Cum hæc agerentur, ostendi cui dā ex fratribus locū ex Tertulliano, in quo palam fit, baptismū non esse confoederationem, & Christianam uitam procul esse à sectis. Si autem ita, ut illi instituerunt, baptismo uteremur, quid aliud es- set, quam mera secta? Thomas iterum dixit, Monachos reiçitis, & interim nouum monachatum & peiorem instituitis. Multa præterea ociosa uerba prolata sunt ab utraq; parte, quæ recensere, ne tædiū ingeram lectori, nolo. Vuolf. Interrogabat, an aliquid externo tribue-

rent baptismō. Responderunt nihil om-  
nino. Vuof. Cur ergo rebaptizamini?  
Catabap. Non rebaptizamur. Vtimur  
etiam alijs ceremonijs, quibus nihil ascri-  
bitur uirtutis, ut in cœna Domini. Ser-  
uantur uero ideo, quia à Deo institutæ,  
que solum ad senes, et intellectum habē-  
tes pertinent. Addebant, Baptismum  
puerorum, non esse baptismum, & quē  
iam accepissent, primū esse baptismū.  
Vuolf. Quomodo potestis retinctionē  
negare? cum simili forma prius baptiza-  
ti sitis.

Imelius primum argumentum iterū  
uentilabat, sermone interrupto, ex Mar-  
ci Ca. 10, sed indissolubile manebat. Sic  
que allocutus Catabaptistam, Si bapti-  
smus puerorum, ut uos dicitis, nullus  
est, sed uestra rebaptizatio, quam doce-  
tis, & recipitis, in precio habenda, dic  
mihi obsecro, habuisti ne fidem ueram  
ante retinctionem, an nullam uel tenu-  
em? Si uera prædictus fide fuisti, tunc per  
fidem iustificatus es coram Deo, neque  
quo ad Deum, rebaptizatio necessaria  
erat.

erat ad salutem, neque ulla utilitas ex eo proximo accedit, cū in pueritia per baptismum incorporatus sis, & adnumeratus Ecclesiæ Christianæ, iuxta Domini uoluntatem, qui puerulos benedixit, & iusfit ad se ferri. Imò increpauit discipulos suos, qui impediebant eos, ne ad Domini num uenirent. Si uera fides defuit ante catabaptismum, indignus illo fuisti. Si in catabaptismo fides et spiritus Christi tibi sunt data, sequitur quod iustificatio nostra ueniat ex baptismo, opere externo. Et sic iustificamur contra Pauli dictum ad Rom. Cap. 3. & contra Scripturam, quæ Genesis Cap. 15 habetur. Abraham credidit, & reputatum ei ad iustitiam. Ut in summa dicam, collectis omnibus, ex uestra retinctione sequetur, nullum esse Christianum, nisi rebaptizetur, & si ante catabaptismum uere ex uerbo & gratia Dei credidisset redemptionem Iesu Christi, & etiam per fidem pastus & potatus carne & sanguine Christi, quemadmodum uere cibus & potus animarum est. Et Ioannis

6. Cap. promissum, Qui carnem meam  
comederit, &c. habet uitam æternam.  
Esset deniq; fides in mortem Christi, nō  
sufficiens ad remissionem peccatorum,  
sed catabaptismus aliquid subsidij ad-  
ferret, & iam primo Christi Spiritus in  
eo daretur. Sic omnes qui in pueritia ba-  
ptismo insigniti et fideles, intellectu tum  
fidei tum doctrinæ Christi habentes, nō  
rebaptizati, condemnati esent. Absit  
procul, ut uel cogitemus, taceo, ut affir-  
memus.

Insuper inordinate multa hinc inde  
dicebantur, contra Pauli doctrinā, qui  
spiritu mansuetudinis doceri uult. Ma-  
gnus excitabatur clamor, ut nullus alte-  
rum audiret, hocq; ex contentionis fer-  
uore. Hoc non potui ferre, & dixi. Dile-  
cti oro, ut me semel audiatis, quod uix  
potui impetrare post unam & alteram  
interpellationem. Ex uestris dictis, in-  
quam, colligo, quod nos baptizatos es-  
se negatis, neque Christiano dignos no-  
mine. Et baptismū, quo initiati sunt pu-  
eri, sine efficacia esse contenditis. Et si in  
stru

structionē peteremus, mox adfore qui  
nos docturus sit, sed hactenus à nem-  
ine docti, hoc ita esse. Possimus dupli-  
ter de Ecclesia uel Christianis loqui, pri-  
mo, quomodo agnoscatur coram Deo,  
secundo, iuxta iudicium hominum.

Si perpendimus diuinum nosse et as-  
sumere in Christianum, cum emissione  
sui Spiritus, hoc potest certe baptismū  
tam præcedere, quam sequi. Si quidem  
Ioannes in utero matris Spíritu bapti-  
zatus, & non pauci post baptismū, mul-  
to exacto tempore, gratiam Dei indepti  
sunt. Hoc ipso iudicium omne à nobis  
tollitur, quod de alijs ferre solemus. Nā  
ueri Christiani, Spíritu sanctificati, Deo  
cogniti sunt, nō nobis. Sicq; neminem  
iudicare debemus, nisi ille qui internum  
hominē agnoscit, quiq; internus homo  
verum Christianum facit. Atqui uestrī  
sermones eò tendunt, quasi certissimi si-  
tis, qui apud Deum iustus sit. Ideo fruo-  
ledicitis, uos fugere, an parentes uestrī  
Christiani fuerint, nec ne, Deo hoc iudi-  
cium cōmittite, cuius solius est. Quisq;  
sui

sui curā gerat, & de seipso sollicitus sit.  
Multi semper inter nos fuere, qui non  
ex nobis erant, teste Ioāne. E nobis pro-  
fecti sunt, sed non erant ex nobis.

Quod si Ecclesiam uel Christianos  
contuemur iuxta humanum iudicium;  
quam & Deus habere uult, Ecclesiam,  
in qua triticum cum zizania crescere si-  
nit. Quia in re omnes Christianos nos  
censemus, & in Ecclesia esse pronuncia-  
mus, qui signa Ecclesiæ, confessione no-  
minis Christi palam facta, assumunt. Et  
quamdiu quidam signa illa negligunt,  
sint etiam sanctissimi, titulum Christia-  
norum illis non damus. Nam Christus  
per signa sacramentalia sibi populū cō-  
gregare uoluit. Et quemadmodum in  
ueteri Testamento non omnes, qui cir-  
cumcisio[n]e gaudebant, populus Dei e-  
rant, licet interim ita nominarentur, &  
punirentur ut populus Dei, eodem pa-  
cto et nūnc temporis sese res habet. Qui  
Christianis signis imbuitur, illum Chri-  
stianis annumeramus, sit sanus uel ergo-  
tus, magna uel modicæ fidei. E contra-  
rio

rio, qui signa illa contemnit, & posthabet, hunc Christiano nomine privamus.

Atqui quod ad Christianorum pueros spectat, & si bona spe ducamur, Deum illos sanctificasse, & id à matris ute-  
ro nihilominus tam diu non numeran-  
tur inter Christianos, quamdiu illis De-  
us gratiam concedit, ut per sacramenta  
nobis incorporentur. Imò etiam si san-  
cti essent, Deusq; nollet eos inter filios  
computare, nihilominus nostrum erit  
iuxta externum signum iudicare, & nō  
iuxta occultum Dei iudicium. Quādiu  
baptismo carent, tam diu nomen Chri-  
stianorum non gerunt. Cum autem pu-  
eri, unum corpus cum parentibus suis  
reputentur, iuxta ac paternæ potestati,  
uel ihs, qui loco parentum illos curant,  
subiecti, & cum puri aut mundi sint, so-  
lumq; hoc impediat, ne in Ecclesiā no-  
stram percenseantur, quod baptismo  
non sint loti, iam autem parentes ardē-  
ti desiderio exoptant et desiderant, ut eo  
rum pueri Christiano nomine censem-  
tur,

tur, eamq; ob causam ad baptismū eos adducunt. Necq; quicquam obstat, puerum nō loqui, aut nihil intelligere. Quē admodum in circumcisione olim nihil impedimenti attulit, cum id ob proximum fiat, non repugnabunt. Puer vero cum excreuerit, & se Christianū agnoscat, tunc etiam satisfactū erit omnibus pījs. Si autem more quorundam diceret puer, Quid ad me, quod parēs Christiano me addixit, nunquam consensi, uolo mundo adhærere, uoluptatibus uolutari. Hic adsunt commoda media, nempe excommunicatio. Et quēadmodum in ueteri Testamento parentibus præceptum erat, pueros ob inobedientiam coram sacerdotibus incusari, et iudicium lapidationis in hoc ordinatum, ita et nostro tempore, lapidantur uerbo Dei inobedientes, & excommunicātur, quasi mortua membra, tam diu, quo ad poenitentiam egerint, & Christum, quē propter obedientiam contēpserant, confiteantur. In hac confessione nobis satis sit, ac si in iusta ætate, post acceptum ba-

pti.

ptismū peccassent, & resipuissent. Quid  
obest, si signum accipiunt, cum confes-  
sio præfens est. Vesta sententia uia ad  
Ecclesiæ ædificationem non demōstra-  
bit, sed per excommunicationem, & cō-  
municationem cœnæ Dominicæ uia e-  
rit planissima, Paucis accipe. Quemad-  
modum iam sæpe dixi, ita et nunc dico.  
Si illis nomen Christi detrahitis, qui in  
pueritia baptizati, hoc iudicium & uos  
peßundabit. Deus interne nos omnes  
nouit. Hoc dictum murmura excitauit,  
et inordinata colloquia ab utracq; parte.  
Catabaptistæ principia repetebant, cu-  
pientes locum, ubi Apostoli pueros ba-  
ptizassent, illis ostendi. E contrario nos  
instabamus, quo indicarent, quare ba-  
ptismus puerorum inutilis, cū hęc Chri-  
stiana consuetudo consona esset Scrip-  
turis sanctis, & ad nostra tempora sine  
cōtradictione fluxisset, eam ob causam  
non debere à quoquam tolli, nisi claris  
Scripturis aliud docere possit. Eorum  
esse, eis incumbere, hanc consuetudinē  
eleuare. Nos docuimus non licere, cum

con-

contra charitatem id tendat, quicquam  
ueteris cōsuetudinē immutare, nī si ma-  
nifeste contra uerbum Dei pugnauerit.  
Sic colloquij huius finis habitus est. Scri-  
pturis nondum probarunt, se recte sen-  
tire, neq; probabunt. Utinam tandem a-  
liquid ad proximi utilitatem & Dei glo-  
riam conducibile proferant. Amen.

*Constantia in tormentis And  
baptistæ, Anno 1529.*

Quum tormentis satis acerbis et cru-  
delibus sepius captus, et libere dimissus,  
anabaptisticæ sectæ coryphæus quidā,  
(nolo locum ob personas quasdam no-  
minare, res enim tam seuæram animad-  
uersionem exigebat) puniretur, quo cō-  
plices suæ hæreseos proderet, & à quo,  
& ubi baptizatus esset, quamq; ob cau-  
sam, alienum agrū, suo relicto, falsa do-  
ctrina corrumpere uellet, indicaret, no-  
luit patriam suam indicare, neq; ubi lo-  
corum habitatasset, prodere, & si loquela  
eum manifestaret, cuias esset. De uxore  
& liberis interrogatus dicebat, se olim ha-

habuisse, nam ob nouam religionē, cui  
nomen dederat, ab hac molestia libera-  
tum. Vbi nam iam hærerent, qua in ci-  
uitate uel pago, nemo ab illo potuit ue-  
nari. Item dicebat se terrigenam esse, u-  
bique habere patriam, sui corpusculi se  
pulturam. Deum patrem omnia imple-  
re, ubiqꝫ esse, omnia regere. Quia Domi-  
ni est terra, & plenitudo eius. Et quum  
diu torqueretur, tandem dixit ad eos, qui  
examini præerant, Cur non interficitis  
me homines nihili? Dixistis enim hoc,  
nisi abiero ex agro uestro, uos me uelle  
morti tradere. Peiores me estis, & periu-  
rio proximiores. Quid me tam crudeli-  
ter torquetis, an explorare meam con-  
stantiam uel patientiam uultis? Fratres  
non prodam, & si me discerperetis? In-  
digni estis cōsortio honorum uirorum,  
quorum sanguinem sititis. Nō dum ue-  
nit hora manifestandi fratum conuen-  
ticula. Corpus meum uestrum est, illud  
cōburite, dissipate, dilacerate, perdite,  
ut lubet, nihil curo. Noui alias me esse  
mortalem & uermem, fœtidam terræ

A escam

escam. Licet plus addatis sævitiae, & tormentorum, attamen nihil efficietis, propterea cessate, & ab animi tam crudelis proposito desistite. Dominus clausit os meum, ut nihil effutiam, quod fratribus nocere possit. Anima mea adhuc sine tormentis est, immo gaudio affluit obinternas consolationes, quibus Dominus me implet. Baptismum recepi uerum, negare id nolo, & libere confiteor, quieties uultis, neque me illius rei pudet. Ex Scripturarum diuinarum testimonio persuasus sum, ut hæc facerem. Reliqui pecatricem uitam, iam nouuis homo sum factus, regeneratus in creaturam nouam. Imaginem indui Dei, qui me confortat. Nihil mali designauit, ob quod talia pati debeam, tam crudelia & immania. Et hæc dicens, expuit in faciem tortoris, dicens, Vade post me satan, non intelligis ea, quæ Spiritus Dei sunt. Nam ab illo admonitus fuerat, ut fratres suæ se etat proderet, quo à tormentis istis liberaretur, suam uitam in nullo periculo fore, si id quod res esset, diceret. Verum nihil

hil per torturam ab illo homine disci potuerunt de Anabaptistis, qui passim obrepabant tam in sylvis quam pagis, négocium prijs pastoribus facientibus. Illo enim tempore timoris omnia erant plena, ob bellicos motus passim gliscentes. Tandem dimissus hac conditione, ne rediret in hunc agrum, aut se in maximum damnum incursum. Abiit latutus, nihil uerborum proferens; quam Vate. Nouum nouae Ecclesiae Confessorem uidistis, in uestri damnatione. Dominus ignoscat uobis omnibus, a quibus tot mala ob ueram Christi doctrinā accepi. Nonne & iste in malitia adeo occuluit, ut tormenta etiam saeuissima nihil penderet, irriteret, & contemneret ob anabaptistini sectam? Simplicē reor rusticum fuisse, nullis alijs erroribus seductum, ut quidam mihi retulit, qui hoc in actu praesens fuit.

*De Milite quodam exemplum  
insigne.*

Miles ætatem suam bellicis in motibus

bus consumpscerat, egēs, & laceris uestibus domū, pace data, reptabat, ignarus qui locus, ob instans frigus, sibi esset ad habitandum eligendus. Patriam enim assequi non poterat ob longinquum iter. Et pecunia carebat, quā talis & scor tatione amiserat. Mendicari illum pude bat, ob probra & conuitia, quibus à ru sticis & nobilibus impetrabatur. Incidit autem, cum ita deliberabundus iter face ret per syluam, in Catabaptistarum ag men, quid nam sibi hæc uirorum & mulierū collectio uellet, dūbius (catabapti stica siquidē sacra illi adhuc ignota) pro pius accessit, & quid nam agerent diligenter animaduertit. Tandem assedit, lo cum illi dans uenusta muliercula, qua pernis et farcimini bus canistrum plenū habebat. Pallidus quidam Anabaptista concionabatur de ihs, qui digni essent regno cœlorum, & quomodo agri, prata, uineæ, atque omnia essent uendenda propter Christum, & mox illum sequi. Ingemiscebant mulierculæ à tam blan do sermone de amissione honorū (pau pe-

perem plebeculam reor fuisse) De spiritu-  
tuali coniugio quædam sub finem con-  
cionis adijsiebat. Miles laetus, nam spe-  
rabat prædam, non solum ob uisas per-  
nas, hoc enim die nihil cibi sumpserat,  
sed etiā uoluptatē Venereum, qua iam  
ardebat totus se posse assequi. Quædam  
finita concione, cui assederat interrogat  
militē, Es ne etiam tu frater noster. Vn-  
de uenis, quid petis, cur tam tristis, ha-  
bes ne molestiam in animo tuo, indica  
nobis. Videris probus esse, cui uera resi-  
piscientia placeat. Sed prius dīc, unde la-  
ceræ uestes, & gladius sine uagina, abi-  
bis ne iterum in militiam? Respōdit mi-  
les id, quod res erat, se ab ineunte ætate  
bellicis rebus occupatissimū fuisse, stre-  
nuumq; militē egisse. Nihil curasse, que  
Dei essent, et si aliquando Missam uide-  
rit, quid autem sacerdos dixisset, se ne-  
scire. Sacerdoti ante uiginti annos con-  
fessum esse sua peccata, iam autem ex i-  
sta concione ita abruptum, in aliud ho-  
minem ita mutatum (fortassis ob uisum  
canistrum) ut si ei locus daretur ab om-

558 DE CATABAPTISTARVM  
nibus, se uelle pœnitentiam agere, baptisnoç illo nouo insigniri. Nihil aliud  
jam cogito, quam cœlum uitam, arge  
lorum chorum. Quam miser homo fui,  
quam stolidus, qui corpus et anima ui-  
li precio uendiderim. Orate pro me Do-  
minum, ut uere resipiscam. Læti omnes  
ob conuersum animum militis, baptiza-  
runt hominem, moxç ueste linea dona-  
runt. Iussus deponere dissectas caligas,  
gladium abiçere, quem alius sibi uendi-  
çabat. Admonitus, ne deflecteret in la-  
tam viam, in qua hactenus ambulaue-  
rat. Secutus est illos per totam hyemem,  
grato animo, quicquid dabatur, accipi-  
ens & absumens. Semel in cōcione, mē-  
tulam erectā (pudet me talia dicere, sed  
in euera ita accidit) ex caligis eduxerat, ta-  
citus sedens & auscultans, quidnam do-  
ctrinæ Declamator proponeret, rusfi-  
cus quidam perpetuò palliolo suo ob-  
iegebat illius pudibunda, sed frustra o-  
peram nauabat. Tādem admonitus hu-  
ijs turpitudinis à quibusdam, ne tale  
quid deinceps in coetu infirmorum fra-  
trum,

trum, & sororum multitudine designaret. Ea enim pertinent ad solidos & bene radicatos in fide, non ad infirmos, & nuper ad hanc Ecclesiā accessos. Quid per totum hyemale tempus miles iste cū hominibus angelicis egerit, non est dubium. Captus ob anabaptismū, Cur non men illi sectæ dederit, interrogatus. Respōdit, Se casu quodam in hoc hominū genus incidisse, ab illis acceptum in cōsortium fratrum, bene pastum per totā hyemem. Non habuisse alimentum, & pecunia, unde emeret, caruisse. Res mihi uidebatur accommodissima, cum illis hærere. Neminem docui, sed auditorem egi. Quicquid illi dixerunt, hæc ego affirmavi, gratus denique tam uiris quam mulieribus fui. Nemo ullā de me querimoniam habuit. Nō optarem mihi monasticam uitam, & si splendidius lautiusq; uiuant, præ illa tam sancta & uoluptuosa. In ocio summo uixi, uestē acquisiui, pecunijs multis donatus sū. Verum iam sub uernum tempus, in militiam iterum, ad quam natus sum, per-

gam, relictis illis pijs fratribus & sororibus. Ob id præstantissimi viri, si quid hac in re peccavi, ignoscite, ex malitia nihil est factum. Fames in causa fuit, quo me admiscuerim his bellis hominibus. Dimissus miles, nullo affectus in modo.

### *De Humilitate Concio.*

In pago episcopali, nomine Deruiller, Concionator anabaptisticus mira calliditate sese insinuans, ad quem tam ex urbe, quam ex agris passim ingens multitudo quotidie cōfluebat, ob nouitatem doctrinæ, qui & Pastorem pagi illius, hominem senem, nec ualde doctum infecerat suo ueneno, dementaratque, ut ei liberum locum concionandi, quicquid uellet, daret, eiusque insuper doctrinam coram simplicibus ad astra usque extolleret. In eius ædibus diuerticulomnibus Anabaptistis erat, mensaque parata pro peregrinis, ipsu enim Anabaptistarumocabant alterum Abraham ob liberalitatem. Et nisi Dominus illius uita abbreviasset,

uiasset, in maximum damnum homo se  
nex uenisset, tam uitæ quam rerum ex-  
ternarum. Accidit semel, ut Conciona-  
tor ille anabaptisticus cōcionem de hu-  
militate uera haberet, quam ipse pro-  
fitebatur, quæ solum constabat in uesti-  
tu, impexis crinibus, retinctione, in cō-  
munione uxorum, &c. ut mulier cuius-  
dam diuitis adstaret stupida (in prato e-  
nīm florulento concionari solitus erat,  
iuxta quod fluviolus decurrebat ad ba-  
ptismum aptissimus) et arrestis auribus  
hanc scelestam, dicere uolebam cœlestē,  
doctrinam audiret. Quam cum Cata-  
baptista intuitus esset, dígito enim eam  
demonstrabat, Heus soror, inquit, abij-  
ce anulos aureos, quos digitis gestas, uē  
de eos, & da pauperibus fratribus, quæ  
re thesaurum in cœlo, non in terra. Mu-  
ti ex fratribus hinc inde fugati proscri-  
pтиque famem patiuntur, his succurretua  
liberalitate. Non decet te hic tot anulis  
ornatam stare. In Ecclesiam nostram ta-  
les mulierculas non admittimus. Vesti  
etiam habes non satis honestam, tot eis

culis circundatam. Olim meretrices eo  
habitu incedebant, quo nunc temporis  
honestæ matronæ gaudent & ferociūt,  
tanta morum corruptela inoleuit. Si so-  
ror nostra esse cupis, regniqe Dei filia, a  
lios mores, aliud uestimentum induas,  
necessæ erit. Nostri, quid Petrus in sua E-  
pistola dicat: Legam, obsecro, arrige au-  
res. Similiter, inquit, uxores subditæ si-  
tis viris uestris, ut etiam qui non obtin-  
perant sermoni, per uxorum conuersa-  
tionem absqe sermone lucrifiant, dum  
considerant cum reverentia coniunctā  
castam conuersationem uestram, qua-  
rum ornatus sit non externus, qui situs  
est in plicatura capillorum & additione  
auri, aut in palliorum amictu, uerū oc-  
cultus, qui est in corde homo, si is careat  
omni corruptela, ita ut spiritus placidus  
sit ac quietus, qui spiritus in oculis Dei  
magnifica ac sumptuosa res est. Nam  
ad eum modum olim & sanctæ illæ mu-  
lieres sperantes in Deo, comebant se, &  
subditæ erant suis utris. Quemadmo-  
dum Sarra obediuit Abrahæ, Dominū  
illū

illum appellans, cuius factæ estis filiæ, dum benefacitis, & non terremini ullo pauore. Hęc dicit diuus Petrus o charif sima soror, hęc in cor tuum scribe. Oculi (quum sic Anabaptista alloquenter libera uoce anulatam mulierē, quā tamē, qua de familia esset, qualem maritum haberet, non nouerat) omniū eorum, qui hac in concione aderant, in eā cōuertebantur ut pudore suffuderetur, manumque sub linum absconderet, ne annuli rapacibus istis harpyis conspicuiersent. Sicque rediit domum, non sine risu multorum.

*Quomodo Anabaptistæ con-  
iugia incunt.*

Incepérant quidam, reiecto omni, quod à Papa institutū putabatur, uxores ducere, his uerbis. Barbara petis ex corde me fratrem Domini, hominē nuper ex aqua & Spiritu regeneratum. Es ne & tu ea in Ecclesia, in qua ego sum: Respondet, Sum retincta, Deo sit laus, & nemini cohabitabo, nisi fratri eiusdē  
fi.

fidei. Cui maritus, Da mihi manū , por-  
tige osculum. Accipio te in uxorem. cū  
ob fidem nostram in baptismo appro-  
batam, tum propter spiritum meū , qui  
te effictim amat . Eadem & mulier re-  
petit uerba. Sicq; apud illos matrimonii  
um fuit institutum , neminem in testem  
**ex** uicinis uocabāt. Cohabitatio & coi-  
tiones nocturnæ testimonium dabant  
matrimonij contracti. Neq; illud coniu-  
gium coram publica Ecclesia , more cō-  
sueto, curabant ratum fieri . Omnia , ut  
paucis dicam, in angulis instituebant,  
innouabant, ut videātur soli sapere præ-  
reliquis mortalibus . Eam ob rem quæ-  
dā mulier hæreditate mariti mortui spo-  
liata est, quum non posset testimonium  
Ecclesiæ habere, quod legitime cum ui-  
to suo matrimonium contraxisset.

De-

*Debberatio quorundam doctorum  
Virorum, quod sublimior mundi po-  
testas Anabaptistas pœna corpora-  
li, iure possit cohercere, nūc primum  
a Studio sō quodā Latinitate donata.*

Primo, non fieri hac in questione de concionatorum officio mentionem, ob seruandum, quum concionatores & ministri Euangelij munus gladij non gerant, ob id nullam potestatem externā exercere, sed solum sana doctrina, et predicandi officio contra errores insurgere debent. Si uero suo munere contenti non fuerint, & gladio uti uolunt, quem admodum Muntzerus & Monasterienses fecerunt, iniuste agunt, & seditiose. Hic solummodo uentilabitur questio de seculari Magistratu, an eorum sit, Anabaptistarum & similiūm, erroneā doctrinā sua potestate tollere & punire.

Secundo, antequam pœna infligatur seductis hominibus, Christiana ac clara instructio admonitioꝝ præcedat, quo deserant suos errores. Si obaudiūt, erit

366 DE CATABAPTISTARVM.  
erit Christianum illis parcere. Si autem  
obstinato animo progredi, neq; resipi-  
scere uolunt, necessarium erit poenam  
subsequi.

Tertio, manifestum est Magistratus  
esse officium, seditiones poena afficere, et  
uiolatores externi regiminis affligere.  
Seditiosi enim gladio feriendi. Quemad-  
modum Paulus scribit, Qui potestati re  
pugnat, poenam non effugiet.

Anabaptistæ autem duplices habent  
articulos. Quidam præcipue ad exter-  
num & corporale imperium attinent,  
nempe quod affirmant Christiani offici-  
um non esse, uti gladio. Item, Inter Chri-  
stianos ne sit magistratus, solum sint mi-  
nistri Euangeli. Item, Ne Christiani iu-  
rent. Item, Ne dominia rerum posside-  
ant. Item, Christianos posse coniuges  
suas, quæ anabaptismo nolunt initiari,  
ablegare. Hi & similes articuli ferè a-  
pud omnes Anabaptistas extant. Clarū  
itaq; est, hos articulos sine excusatione  
cōtemptum & abolitionem externi cor-  
poralis dominij, potestatis, iuramenti,  
pro-

propriarum rerum, coniugij, &c. adue-  
here. Nam si articuli isti, hęcę doctrina  
diuulgaretur, quę corruptio, latrocinium  
& rapina, subsequi necesse esset.

Hoc nomine potestatis est supremæ,  
sine dubio, hos articulos tanquam sedi-  
tiosos condemnare, & turbatores, siue  
sint Anabaptistæ, siue alij, qui hos er-  
tores, uel alios his similes approbant, ex-  
terna ui, consideratis circumstantijs, gla-  
dio subiici. Nam hi articuli non solum  
sunt spirituales res, sed sunt, nemo am-  
bigit, manifesta externi regiminis corru-  
ptela.

Neminem Anabaptistarum obie-  
ctio deterreat, Nolumus quenquam of-  
fendere, nulliç incommodare. Est pro-  
testatio cōtraria facta, Magistratum dis-  
sipare, & dicere, Nemini nocere uolu-  
mus. Si eorū doctrina uim acquireret,  
tunc potestas legitima, iuramentum, re-  
rum dominia, &c. pessundarentur.

Quum autem Scriptura sacra aper-  
tis verbis monstret, prædictos articulos  
Anabaptistarum iniustos & satanicos  
esse,

esse, ac clarum atq; manifestum sit, eos o-  
mnibus modis sublimem mundi pote-  
statē tollere, dubitet itaq; nemo, quod  
supremæ potestatis sit, se falsis & sedicio-  
sis doctrinis opponere, et iuxta officij ac-  
cepti potestatem, pœnam uel mitigare,  
uel augere, quemadmodum illi placet.

Obijciunt, Magistratus nemini fidē  
dare potest, ob id nullum propter fidē  
pœna mulctet. Solidæ & indubitate hic  
occurruunt responsiones, quanquā hac  
solummodo iam dicturi sumus. Magi-  
stratus propter opinionem uel cogitati-  
onem, quæ in corde latent, neminem pu-  
nit, sed propter externā iniustiam,  
sermonem uel doctrinam, propter quæ  
multi seducuntur. Verum quemadmo-  
dum magistratus alios seditiosos sermo-  
nes, & minas, per quas seditiones cre-  
scunt, in opus proruunt, punire debet,  
conuenit & hos seditiosos sermones &  
doctrinam extirpare, per quæ incendū-  
tur homines, ut seditiones & turbas ex-  
citent, quantum in ipsis est. Nam desi-  
derant, ne Magistratus sit, ne iuramen-  
tum

tum, ne rerum dominia.

Palam est, eos quosdam articulos cū hypocrisi colorare & defendere, & re ipsa nihil uelle, quam omnia semel turbata. Nec hoc urgemos, quo Anabapti stae argutis quæstionibus periclitentur, sed fundamētum doctrinæ eorum quærendum perpendendumq; , & iuxta illud iudicandum . Cauete ab hypocrisi satanica, ne uobis imponat . Quidam norunt se ad mores omnium accommode, sanctimoniam simulare, sed predi cios articulos omnino persuasos habēt. Et sic s̄a pe religionis & sanctitatis species mera hypocrisis est, & satanæ illusio. Etenim Paulus clare docet, eos ex diabolo esse, qui hos erroneos articulos de potestate externa affirmant. Ne itaq; Christiana potestas terrorem ob falsam adulatorum & subdolam sanctitatē, uel patientiam horum spirituum concipi at, sed oculos uertat in deceptorios articulos, qui testimoniū sunt peruersorū, quod secta diabolica polluti.

Hæc de seditiōsīs articulis in mediū

B ad-

adducere placuit. Cuius enim est uide-  
re in his articulis, quod potestatis supre-  
mæ sit, suo officio fungi, rempublicam  
defendere. Nam & Monasterienses nō  
negarunt externum regnum ante diem  
nouissimum futurum, in quo pueri san-  
cti, &c. Multas uxores etiam duxerunt.  
Hi errores sunt seditionis, ob id seueriter  
illis contranitendum.

Secundo, Anabaptistæ artículos ha-  
bent, quæ spirituales res in se comple-  
tuntur, ut pædobaptismum, peccatum  
originale, reuelationem extra & contra  
Dei uerbum. Quidam, ut Monasterien-  
ses, Christum suum corpus non ex Ma-  
riæ corpore sumplisse deblaterāt. Item,  
non esse remissionem post mortale pec-  
catum, &c. De his articulis, quæ spiritu-  
ales res in se habent ad hunc modum re-  
spondemus. Quemadmodum munda-  
na potestas iure debet manifestas blas-  
phemias & periuria abolere, & punire,  
ita debet manifeste falsam doctrinam,  
impium Dei cultum, & hæreses, in pro-  
pria ditione, in personis, quibus præst-

de-

demoliri, eosq; poena affligere. Et hoc Deus iubet in secundo precepto, quin dicit, Qui nomine Dei blasphemat, hic poenam non evadet, omnibus mandatis, quoniam in statu sint, ut blasphemias prohibeant, & demoliantur. Ex hoc itaq; praecepto Principes et Magistratus mandatum et iussum accipiunt, ut impios Dei cul tus abrogent, e contrario ueram doctrinam & uerum Dei cultum euahant. Item & hoc praeceptum docet, manifestas & falsas doctrinas ut impediamus, & peruersos corde puniamus. Textus Leuitici 24 huic sententiæ non repugnat. Quia, inquit, Deum blasphemat, morte moritur.

Magistratus præterea officium, ut nihil temere, nihil sine ratione agat, & certus sit hac in re, quo neminem iniuste puniat. Hoc enim æquum non est, solùm iuxta consuetudinem, contra Dei uerbū contra ueteris & puræ Ecclesiæ intellectum ac doctrinam iudicare uelle. Consuetudo, magnus est tyrannus. Ob id rationes ex uerbo Dei, & ueteris puræq;

Ecclesiæ intellectum querere conuenit. Quia nulla doctrina approbanda est, quæ testimonium non acceperit ab antiqua & pura Ecclesia. Nemo hoc non intelliget, quia ueterem Ecclesiam omnes articulos fidei habuisse in numero, dubitat nemo, nempe omnia, quæ ad salutem adsequendam necessaria. Præterea summe potestatis est, ut certus sit ex uerbo Dei, & ex antiquæ Ecclesiæ doctrina edoctus sit.

Quidam articuli Anabaptistarum maximi momenti sunt. Nam quæ turbæ inde fierent si pueris baptismus denegatur? Quid aliud expectaretur, quā paganismus?

Item paedobaptismus ita fundatus testimonijs Scripturarum, ut Anabaptistæ collectis omnibus viribus, frustra laborent illum subuertere.

Dicunt etiam, Pueros non opus habere remissione peccatorum. Peccatum originale fictitiam esse rem. Huius manifesti & nocentes sunt errores.

Præterea Anabaptistæ à consilio Ec-

Ecclesiæ sese separant, & etiam in his locis, ubi pura Euangeliæ doctrina ebucci natur, & ubi offendicula, abusus, & idolatriæ remota ab oculis sunt. Propriū ministerium, & congregationem instituant, quod similiter contra Dei mādatur est. Vbi enim doctrina uera regnat, & nullæ idolatriæ in Ecclesijs locum habet, ibi omnes homines coram Deo, ut constituto & manifesto ministerio se subiçiant, & separationem nullam instituant. Qui in hac re separationem & noua ministeria excogitat, uerissimum, illum contra Deum agere. Ut olim Do natistæ anabaptismum & separationē instituebant, nullam causam prætendentes, nisi illam, Esse sacerdotes, & homines in altera Ecclesia, qui probitati non stuperent, se uelle Ecclesiam, quæ tota immaculata esset, erigere. Id etiam à qui busdā Anabaptistis palam audiuimus. Si interrogas, Quare separationem facitis, & ab ijs Ecclesijs, quarum doctrinā & Dei cultum reprehendere non potestis? Respondent, Male uiuitis, auaritiæ

374 DE CATABAPTISTARVM  
uitio laboratis, &c. Sic persuasi de noua  
Ecclesia instituenda;

Occasio illa dedit ansam huic legi in  
Codice per Honorium & Theodosium  
ferendæ, qua expressum est, Anabap-  
stas poena capitali afficiendos esse. Ete-  
nim separaciones & noua ministeria  
excogitare, ob quorundam malos mo-  
res, certe contra Deum est. Cum autem  
illud sine offensione esse non possit, &  
ansam deo perpetuo dissidio, debet Ma-  
gistratus ob id diligenter cauere, et trans-  
gressores punire.

Quidam disputant, Mundanæ po-  
testati nihil commercij debere esse cum  
rebus spiritualibus. Late patet loci di-  
ctum. Nemo negat ambo officia, nem  
pe ministerium Verbi, et externâ admi-  
nistratione reipublicæ, differentiâ habe-  
re, sed utrumq; officium ad Dei laudem  
est constitutum. Principis est, non solū  
subditos defendere, facultates illorum,  
cum ipsa uita seruare integra, sed etiam  
hoc præcipuum illorū munus, Dei cul-  
tum promouere, blasphemias & idolola  
trias

Itias tollere. Propterea reges in ueteri Testamento, non modo Iudaici, sed & Ethnici, qui religioni uerae nomen dederant, reges eos, qui falsos prophetas & idololatrias defendebant, interficere curabant. Talia exempla ad officium principum spectant. Sic etiam Paulus disserit, Lex bona est ad poenam blasphemorum, &c. Potestas sublimis non modo homini in corporali commodo inferire, uerum praeципue ad Dei cultum erigendum sedulus esse debet. Nam minister est Dei, & illum uerum Deum agnoscat, illius laudem suo officio extollat. Psal. 2. Et nunc reges intelligite.

Præterea etiam obijciunt locum dezzania, qui habet, Sinite utræque cresce-re, non ad potestatem supremam dictum est, sed ad Cacionatores verbi, ne sub specie officij externam potestatem ad se rapiant. Ex ijs omnibus palam est, Magistratus esse officium punire blasphemos, falsam doctrinam, hæreses tolle-re, & eos qui illis adhaerint, corporali poena plectendos.

Si nunc Anabaptistæ articulos contra sublimem potestatem fingerent, facile erit in hac causa iudicium ferre. Clarum est, Contumaces æque ac seditiones esse plectendos. Si quis solummodo articulos adsereret, nempe de paedobaptismo, peccato originali, & de separatione non necessaria, cum & isti articuli magni ponderis sint (Non enim parui refert, pueros à Christianismo separari, & illis incertū statum præscribere, imo ad damnationem ducere. Item duos populos ex Christianis uelle facere, baptizatos, & non baptizatos, cum etiam neminem prætereat, insanos & falsos articulos in Anabaptistarū secta reperiri) concludimus, & in hoc casu contumaces morte afficiendos. Insuper, si utriq; errores tam in externis quam spiritualibus rebus in Anabaptistis inuenti fuerint, neq; resipiscere admoniti uolunt, ludeo resumpto animo, nihil timeat, seue recipi in illos animaduertat.

Atqui hoc perpetuo obseruandum. Primo homines instruantur, & ut ab eis  
10-

roribus desistant, admoneantur. Item Iudex & hoc obliuioni non tradat, Qui dam ex mera simplicitate seducti sunt, nō contumaces, cū ihs nō properandū. Et minori pœna afficiendi, ut proscriptione, aut carceris fœtore, ne damnum inferant. Autores autem huius sectæ, qui audacia præditi, Iudex seuere puniat. Et si articulis de sublimi mundi potestate imbuti sunt, nihil aliud erit de illis sperandum, quam quod Monasterienſe regimen animo conceperint, ob id, qua seditioniſi, pœna plectendi,

Si Dei honos magno in precio apud nos habetur, serio cauebimus, prohibebimusq; ne blasphemii & damnosi errores spargantur.

Ad confirmationem & certitudinem conscientiæ uestræ, hoc est animaduertendum. Perpetuo aliquot clari articuli obseruandi, in quibus sectæ manifeste, & bis per omnia errant. In qua re apparet à satana peruersos & occæcatos. Et certissimum signum, eos spiritu bono carere, quanquam pulchram religionē

## 773 DE CATA BAPTISTARVM

præ se ferant. Omnibus enim patet, falsos prophetas uestimenta ouina, hoc est aliquam boni speciem, habere, sed à fratribus ipsorum agnosceris eos. Infallibilis norma nobis obijcitur iudicandi, in fructibus, nempe quum obfirmato animo falsi articuli contra clarū & manifestum Dei uerbum defendunt, afferunt. In hoc iudex suam conscientiam bene informet et animet, tunc nihil dubitabit hanc sectam esse ex diabolo. Nouit etiam sectæ abominabili omnibus modis esse resistendum. Quanquam miseri aliquando etiam, quorum nemo non miseretur, pereant, nihilominus debet totis viribus anniti, ne semen hæresecos crescat.

Et ut paucis dicam, prudentes examinatores norūt hac in re viam progediendi. Neq; illos fugit in hac anabaptistica secta horrendos errores absconditos esse. Verum dicere si quis uelit, consentiunt cum Manichæorum secta, novum monachatum instituentes. Nam externa simulatio, Barbari mores, pri-

Prium nihil possidere, Magistratum ab-  
olere, Hæc illorum sanctimonia, Et ex  
Ihs clam nemini est, tales procul à Chri-  
sto fugere, & uerum de Christo intelle-  
ctum non habere.

Vt sapiens Concionator, alios status  
de sua uocatione commonefacit, ut &  
matres familias instruit, pueros procrea-  
re, Deo placere, &c. Ita etiam sublimem  
mūdi potestatem docet, quomodo Dei  
honorem extollere, manifestas blasphemias  
emendare, sui muneris sit.

*Finis huius Deliberationis.*

Confutatio exactissima quorundam  
articulorum, quibus Anabaptistæ  
gloriantur, per Studiosum quen-  
dam ex Germanico  
*libello uersa.*

Succincta hæc dissertatio ad simpli-  
cium animos erudiendos ac commone-  
faciendos est instituta, quo diligentius  
sibi caueant, seçp̄ preμuniant, aduersus  
horribilem & satanicam Anabaptista-  
rum

rum sectam. Et quamuis uniuersa Ana-  
baptistarum doctrina errorum & tene-  
brarum sit plena, et ipsi inter se adeo dis-  
sideant, ut apud quosdam (sicut in collu-  
cie latronum, quæ in Monasteriensi ci-  
uitate in Vuestualia fuit) multo plures  
& detestabiliores errores reperiantur.  
Hic tamen solum præcipui aliquot arti-  
culi, quos fermè communiter omnes a-  
nabaptismo initiati profiteri non erube-  
scunt, recensentur, ob quos etiam aliqui  
non ita pridem, in his regionibus puni-  
ti sunt. Postquam uerum horum fanati-  
cus spiritus, partim contra spiritualia,  
quæ ad animam tantum spectant, pug-  
net: partim uero etiam seditiones ac de-  
uastationes corporalis regni, atq; adeo  
omnium ordinationum externalium in-  
culcet, hic primo aliquot articuli de cor-  
porali regno in modum proferentur, id  
ē duas potissimum ob causas.

Prima est, ut rudioribus & simplici-  
oribus ex his articulis, quos facile & in-  
telligere ac dijudicare possunt, liquidū  
sit, Anabaptistarum sectam iniustum,

im-

impiam, & ex diabolo propugnatam  
esse,

Adhunc enim modum Christus inquit, quod Pseudoprophetæ circumvent in uestitu ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Ita quoq; Anabaptistæ simpliciores, specie quadam operū, quæ ab ipsis excogitata sunt, decipiunt, utputa simulata patientia, & stulta hypocrisi, quibus nequitias obtegunt. Verum pīs ac prudentibus Christianis erit necesse, ut discant Anabaptistarum spiritum dinoscere, doctrinam ab ipsis inuentam obseruare, hoc est præcipuos & selectos articulos istius sectæ perscrutari, pelles ouinas detegere, lupinū cor penitus cognoscere et introspicere.

Est autem nunquam non certissima & infallibilis regula omnium sectarum ei spirituum, ut obseruetur, num palam falsas & impias doctrinas tradant, et eas seuere ac tanquam necessarias urgeant ac propugnent. Quod si hæc nota, animaduersa ac deprehensa fuerit, tū Christianorum erit, circumspicere, à talibus se.

352 DE CATABAPTISTARVM  
sectis abhorrere, easque suspectas ha-  
bere.

Perinde enim ac sanctus Paulus, Ti-  
moth. 4 docet nos Pseudoprophetas di-  
noscere, quū inquit, Prohibebūt, ut con-  
trahant matrimonia, à cibis deterrebūt;  
& ex talibus proprijs operibus nouam  
iustitiam comminiscentur. Ad hūc mo-  
dum etiam Anabaptistæ leges politicas  
damnant, obedientiam pernegant, per  
iuri sunt, rerū dominia nemini permit-  
tunt, coniugia dissoluunt. Quæ tamen  
omnia, bonæ ordinationes sunt, à Deo  
institutæ. Prætendunt deniq; huiusmo-  
di commenta operum, summum & pre-  
stantissimum esse Dei cultum, sicuti o-  
lim Manichæi hæretici peruersi, simili-  
bus deliramentis & phantasijs excogi-  
tatis, uaria & mirabili religionis specie  
humanas mentes dementarūt, quemad-  
modum etiam hoc nostro seculo Ana-  
baptistæ conantur.

Postquam igitur tot præcipui articuli  
in doctrina Anabaptistarum sint mani-  
festi, et haud contemnendi errores (quo-  
niam

Nā ex ījs aliud nihil cōsequi potest , nisi  
euercio potestatū, et sp̄iritualiū cēcitatū  
non est dubiū horum sectam esse impi-  
am, uanam, & ex diabolo exuscitamat.

Quapropter conueniet, ut simplicio-  
res hos manifestos articulos intueantur,  
perpendant, cogitent que hæc dogmata  
luce clariora, omnibus in admonitionē  
& ad exemplū esse proposita, ut & dili-  
gentius nobis caueamus, & abhorre-  
mus ab ista anabaptistica secta. Et ut nū  
quam nō oculos spirituales aperiamus,  
nec morem ur simulatam & fictam pa-  
tientiam & hypocrisim, uerum potius  
intelligamus sub hac secta esse labem,  
et diabolicū uirus, ac opponamus clarū  
Dei uerbū. His itaq; solis artibus poteri-  
mus nos tueri ab insidijs diaboli. Nā si  
sp̄iritū mendacij in talib; aperte manife-  
stis articulis deprehēderimus, tū facile in-  
telligetur, in his articulis rudioribus in-  
cognitis, minus fidei illi mendaciorū pa-  
tri adhibendū esse, sed potius ex uerbo  
Dei clarū sensum & intellectū expecte-  
mus, & eruamus. Hæc sit prima causa,  
qua

quare primo articuli de externa & corporali politia enumerati sint.

Secunda ratio est, ut uniuersis & singularis notum fiat, officium esse magistratus seuere animaduertere ac punire anabaptisticam sectam. Indubitatum enim & certum est, ad Magistratum pertinere, elusq; esse officij, praecauere seditiones, externam obedientiam cōseruare, debita iuramenta exigere, coniugium defendere ac tueri. His autem aduersatur summum anabaptisticæ doctrinæ caput (Id palam in eorū articulis) quare non dubium, quin magistratus teneatur seuera animaduersione prohibere hanc nefandam & execrabilem doctrinam.

Qualis, obsecro, dissolutio sequetur, si isti errores latius spargerentur: uidelicet cum non licet Christianis habere alium magistratū, quam uerbi Dei ministros. Præterea, quod non tenemur magistratui præstare iuramentum. Adhæc, nemini licere proprium quid habere, & omnia in communi esse diuisa

sa, quasi in omnibus ciuitatibus & poli-  
tis cuncta deberent esse communia. In-  
super in hoc solū coniugib⁹ licitā esse  
diuisionē, si non unius sint religionis. Si  
aut aliquos reperimus, qui uxorem et li-  
beros sponte, absq; ulla iusta causa dere-  
liqueverunt, & per istam nefariam doctri-  
nā, alias superinduxerunt. Istud nimirū  
intellectu facile est, hos enumeratos arti-  
culos, nil nisi seditiones, rapinās, latrocī-  
nia, adhac stupra & adulteria docere &  
instillare. Ediuerso nō est dubium, Ma-  
gistratui licere seueras pœnas constitu-  
ere propter obedientiam, qua Deo con-  
stringuntur ob gloriam Dei, & subdi-  
torum tam corporis quam animæ uti-  
litatem.

Et quamvis miseri aliqui in hos erro-  
res prolabantur, non petulantes, neque  
procaces, necessitas tamē postulat huic  
secte resistere. Nec ullo pacto Magistra-  
tui ferendum est, ut huiusmodi pestilēs  
& obnoxium uirus latius diffundatur.

Attestatur etiam hoc exemplū cru-  
delissimum Monasteriensium, Anaba-

C ptistarum

ptistarū humilitatem & patientiā nil, ni  
si diabolicam hypocrisim fuisse. Nam eo  
dē in loco erāt initia valde religiosa, do-  
cebāt enim, Christiano nō licere gladiū  
gerere, sed omnia patienter esse ferēda.  
Initio Magistratū legitimū omnino ab-  
rogabāt, Prophetas autē & Cōcionato-  
res solūmodo eligebat. Postea electisci  
uibus, facultatibus diuēditis, more præ-  
donū, elegerunt eo animo regem, ut om-  
nem circumquaq; ditionem sibi subiice-  
rent gladio & armis, latronū instar. Hi-  
sce rebus adiungebant omnē spurcitiē  
& impuritatē. Ita tandem sese sp̄ritus, cū  
putaret se noctū esse locum opportunū,  
exeruit. Et perinde accidit, ut uulgo di-  
ci solet, Diabolum totū corpus transfor-  
mare in aliā figurā, speciosumq; redde-  
re solere, præterquā pedes, quos absco-  
dere difficile. Hoc est, in exitu demū dia-  
boli ludibriū deprehenditur. Christiani  
itaq; sint circūspecti, ut uersutias & de-  
ceptiones diaboli, priusquam his impli-  
centur, præcognoscant. Quemadmodū  
igitur Monasterij necesse fuerat, arcere  
&

& poenitentiis obruere, posteaquam Anabaptistæ palam ipso facto exercuisserant rapinas & latrocinia. Ita quoque Magistratus est officium, istis qui huiusmodi seditiones articulos approbant, & disseminant, nec ab ipsis desistere volunt, coerentes, illosque poenis afficere, quasi eos qui gladium strinxerunt, etiam si ad arma uentum non est. Satis hac de re, prius enumerabimus articulos de externa politia.

Ex his igitur articulis merito omnes per animo expendant, potestiam diaboli terribilē & efficacem esse, quod in ihsu apertis articulis cor & intellectum humandum ita excædere possit, ut manifestissima peccata & flagitia, sicuti seditiones, rapinas, & adulteria pro sacro sancto cultu habeantur. Quis non hanc efficacem errorem dixerit? quæ sane mundus sua securitate, & contemptu sancti Dei verbi promeruit, sicut sanctus Paulus dicit, et mundo causa contemptus istius seuerem minatur. Hæc Dei ira & poena, omni non seculo, horrendum in mundo inualuerunt, sed his extremis

temporibus in maius crescunt, quia superbia, contemptus Dei, audacia & presumptio, omnino nos perdiderunt, quae necesse est, ut poenæ quoq; sequantur crudeliores. Quapropter moueamur ijs inauditis Anabaptistarum exemplis, & has ac similes emēdationes metuamus, nostram uitam in melius mutando, atq; uerbum Dei uero zelo & spiritu discimus & amemus, orationē ex uero Dei timore fundentes, ne nos unquam intētationem inducere sinat.

Pij seipsoſ consolentur, & certo sciānt fidem sine tentatione nunquam futuram, propterea uerbo Dei sint muniti aduersus omnia scandala. Quamuis omni tempore tentationes inter Christianos non defuturæ sint, tamen sperandum est, uirtute & gratia Dei hoc quoque Anabaptistarum uenenum non diu infecturū, sed cito uim suam amissurum. Neque Anabaptistarum secta dissimilis est Manichæorum. Et apparet, quodidem diabolus Anabaptistarum sit doctor, qui olim Manichæorum fuit, eos que

que excitauit. Nam & illi similem san-  
ctimoniam, hypocriticam inquam, præ  
ferebant, contemnendo, abolendo op-  
ponentes externas & politicas ordinatio-  
nes & status. Nec admittebat ulla Scriptura  
aut doctrinas, sed tantum a Spiritu  
doceri uolebant, perinde ut nunc An-  
abaptistaræ loquuntur. Cōdemnabant  
etiam coniugium, & interim petulâter  
uiuebant. Quemadmodum igitur eo tempore  
poris Manichei, quantumuis magna col-  
luies & pernicies, paucis tamen annis  
deleta, et penitus extincta fuit. Ita quoque  
licet anabaptisticus furor omnibus sit  
terrori, diuina tamen fauente gratia, non  
accipiet vires, nec diu durare poterit.  
Nunc de predictis articulis uerba facie-  
mus, sed prius, quo planius omnia fiat,  
quædam prælibabimus, quorum firmā  
memoriam tenere utilissimum erit, ex  
quibus Anabaptistarum spiritus dñi judi-  
care poterimus, uidelicet Anabaptistas  
in præcipuo Christianæ religionis arti-  
culo errare. Id est in primis in doctrina  
Christianâ docēdum ac proponendū,

nempe iustitiam Christianam, & sancti moniam in cordis scrinio latere, que uera fides & fiducia in Christum, non sicut Dei timorem & dilectionē à nobis requiri. Externas uero & corporales policias, et status à Deo ordinatos loco preceptorum Dei et bonorum operū custodiri præcipitur, in quibus Deus uitā nostram corporalem incluserit, ut in his exercemus fidem erga Deum, alij sc̄p̄ bono exemplo præeamus. Præterea ut in vicē alter alteri inseruiat, charitatē uebris & operibus exhibeat. Hi sunt ueritatis eximij. Dei cultus, de quibus nobis sacram Euangeliū concionatur.

Humanum uero cor non lubet permanet intra hos cultus, et uerbū Dei, tā quā intra sua septa, sed semper alias uias querit. In primis oculos aperit in noui aut proprij excogitatur. Hæc sanctimonia adeo titillat humanum cor, & tantifit, ut aliqui in ueteri Testamento, ex uersana illa cupiditate, & superbia fictorū operum, suos liberos sacrificarint, occide-

ciderintq;. Quare non mirum, si hoc tempore Anabaptistaræ, et eiusdem farinæ homines tanti faciant & ament propria ipsorum opera, ut pro ihs fortiter mortem oppetant. Nam sic quoq; inuertunt omnino doctrinam ueram, cum nihil sciæt de sanctimonia cordis, ob id nouam & externam constituunt, utpote dissipacionem ordinationum, morum, politiarū, iuramenti, proprietatum & coniugij. Hanc turbationem & Barbaram uitam amplectuntur, tanquam selecta quædā opera, et non solum ideo, quia nouum & insolens est factum, sed ob id potius, quod diabolus, à quo obsessi, ihs delectatur, ut homines à uerbo & ordinatione Dei ad aliam uitam seducat, & ut idolatriæ cultum ac omnis generis peccata instituat.

Ex ihs liquide cognoscitur, quo fundamento Anabaptistarum errores de externa politia innitantur, huic scilicet, quod procul aberrat à principali scopo Christianæ religionis. Nec perpendunt, quid sit Christianorū iustitia, arbitrant-

quandam speciem externam & inuisitatem esse. Præterea patet, hos errores de corporali regimine non tantum in hac ciuili uita damnū inferre, seditiones & turbas parere, quibus tamē merito esset seuere resistendum, uerum etiam in spirituali dominatione plurimum nocent. Nam præterquam quod homicidia, & huius generis infinita peccata hinc exoriantur, obscurant etiam intellectum uerum Christianæ iustitiæ, auocantq; homines à Christo & uera fide, ad uana & stulta ipsorum opera, quæ reuera nihil aliud sunt, nisi inordinationes meræ, de populationes, ignominia & facinora.

Horrendum auditu, cor humanum adeo occæcatum esse, nec enim Anabaptistæ alia sublimiora excogitarunt, quā illa, Infantes non esse baptizandos, Magistratus legitimus abrogandus, politicae ordinationes subuertendæ, iuramenta promissa contemnere, nihil proprij possidere, uxores non nisi suæ sectæ duendas, Prudēs hos articulos secum perpendat, & hanc sanctimoniam nihil aliud

liud esse, quām execrandam deuastationem dicet. Ecclesiā dilacerare, nolis uelis, conantur prohibitione baptismatis. Reliqui uero articuli, hanc corporalem uitam, bonos mores et disciplinam, quę etiā præcepta et ordinationes Dei sunt, dissoluunt. Nec aliam Anabaptistę habent sanctimoniam, quæ causa segregacionis à nobis est, quām prædictos egregios articulos. Quam igitur sanctitatem iactant? Cur itaq; Christianus ab ihs sibi tantopere metueret? Imò potius quilibet Christianus intelligat hæc Anabaptistarum dogmata nil, nisi meras ac diabolicas deceptions esse. Quare in fide constans sit, & fortiter diabolum contemnat, seq; illi opponat, suo officio & uocatione satisfaciens.

Hæc sufficient ad sequentium articulorum admonitionem, quo diligentius teneant simpliciores, in quibus potissimum sita sit religio Christiana, & ut acutius uideant Anabaptistas procul à uero scopo aberrare. Posthæc autem sigillatim recēsebimus eorum articulos,

C 5 cum

394 DE CATA BAPTISTARVM  
cum dilucida confutatione.

**P**rimus *Anabaptistarum articulus.*

Quod Christiani nec debeant, nec possint in Magistratu aut officio esse, quod gladium gestat.

Hunc articulum vanum & impium esse probant, & declarant primo exempla in sacris literis expressa, in quibus licet uidere multos pios Reges, principes & Magistratus fuisse, qui gladio iuxta suam quisque uocationem & officium sint usi. Christus laudat Centurionem Matthaei 8. & eius fidem tam opere praedicat, ut diceret, se ne in Israel quidem tam fidei reperisse. Hic Centurio fuerat miles Romanus, sicut ipse fatetur, attamen a Christo commendatur, tanquam eximie sanctus & filius Dei. Ad eundem quoque modum commendatur in Actis Apostolorum Centurio, ad quem missus fuerat Sanctus Petrus. Præterea Abraham, Ioseph, Dauid, Ezechias, Daniel, & alij multi sancti & Christiani homines, qui nihilominus sunt usi gladio. Ad hæc in

Psal-

Psalmis reperitur de Christo, quod reges ipsum adoraturi sint. Quare ex his patet, aliquos etiam reges & principes fore Christianos.

Secundo, Lucæ 3. cum Milites interrogarent Ioannem Baptistam, quidnam facere deberent, Respondit, ut contenti sint suis stipendijs, & ne quem concutiant, aut calumnientur. His certe approbatur, non abrogatur eorum officium, cum stipendia illis non interdicit, sed ea iubet retinere. Siquidem stipendia requiriuntur ad officium.

Tertio apud Anabaptistas indubitatum est, animaduersionis poenam in ordinato Magistratu merum esse peccatum & tyranni dæ eo, quod vindicta Christianis sit interdicta. Sicut scriptum est Rom. 12. Ne uos metipso ulciscamini, &c. Hæc est basis Anabaptistarum. Et huiusmodi prauus intellectus prebet ipsis ansam, patientiam illam quam singuli magnificiendi, et Magistratum condonandi. Arbitrantur enim necessario debere ubique omnium Christianorum opera esse paria, quod tamen est ingens

cæcitas. Propter falsas Scripturarum allegationes, & prauum intellectū eò probabuntur, ut nullum intelligent discrīmen inter opera cordis spiritualia, & officia externa, quæ necessario impares sortiuntur effectus. Sicut maritus & uxor, pater & liberi, habent externa et imparia opera, cum tamē in corde uniformis timor Dei et fiducia in Christum indita sit.

Proinde Anabaptistæ hos Scripturæ locos de non concessa vindicta cum allegant, illis sic respondendum esse censemus, Omnem vindictam extra officium prohibitam esse. Verum vindicta illius, qui est in officio, est preceptū Dei, bonum & sanctum opus. Hoc discrimen non est commentum humanum, sed ex sacris literis depromptum.

Sic enim loquitur Paulus de officio, quod gestat gladium, quod opus & ordinatio sit Dei, & quod potestas sit ministra Dei ad vindictā & pœnam malorum, & in defensionem honorum. Ex ijs sententijs patet, vindictam officio co*jun-*

functam, peccatum non esse, sed potius  
Dei mandatum & ordinationem, uerū  
& pium Dei cultum. Cum autem offici-  
um non reputatur peccatum, sed poti-  
us opus bonum, & à Deo ordinatū, con-  
sequens erit, Christianos hoc officio uti  
& gaudere posse, ut reliquis Dei donis,  
quemadmodum cibo & potu, &c.

Imo hoc officium in uigore seruan-  
dū, nec ut libet dissipare. Lex enim ne-  
cessario permanebit in hoc mundo, ob  
poenam transgressionis. Sicut Paulus in-  
quit, Lex propter iniustos lata est. Offi-  
cium autem, quod gladio armatur, par-  
tem huius legis esse nemo ignorat.

Quarto, Deus præcipit in sacrī līte-  
ris, defendi uīduas & pupilos. Quibus  
autē alijs præciperetur, quam Christia-  
no Magistratu; Quare uīdicta est mā-  
datum Dei. Et Christiani magistratus  
officium erit, improbos punire, & dili-  
genter in hos animaduertere.

Ex ijs omnibus manifestum est, Scri-  
pturæ loca, uīdicta prohibētia, loqui  
de operibvs extra officium, Reliquæ ue-

398 DE CATA BAPTISTARVM

ro sententiæ approbates uindictam, debent de operibus officio coniunctis intelligi. Nec est intellectu obscurum, quare opera extra officium & intra, necessario debeant esse imparia, hæc enim requiruntur ad tranquillitatis & discipline cōseruationē. Qualis alioquin inordinatio & seditio futura esset, si quilibet subditorum punire, aut sui ipsius iudex esse uellet? Hoc ipso Deus rite et utiliter hanc politicam administrationem constituit.

*Secundus articulus.*

Quod Christiani nullum Magistrum agnoscant, quam Ministros uerbi Dei.

In hoc articulo manifestius, quam ex priori cognoscitur, ex quo spiritu sancta Anabaptistarum orta sit. Hic enim simul & damnatur Magistratus, cui etiam obedientia denegatur. Cum igitur hic articulus facile confutari possit, nouimus pluribus uti verbis. Tantum simpliciores erunt admonendi, ut diligenter secum perpendant, quam horribilis,

Ils, nefandus, & impius hic sit articulus,  
 Quod autem & hoc Anabaptistarum  
 dogma sit uanum et impium, probatur  
 per Pauli dictum ad Rom. 13. cum in-  
 quit, Oporteret esse subditos non solum  
 propter iram, uerum etiam propter con-  
 scientiam. Hæc sententia docet, Deum  
 offendit, nec sine poena fore eum, quicū  
 que potestati se se opposuerit. Comple-  
 titur autem hoc dictum uniuersos ho-  
 mines, nec in ullius potestate constitutū  
 est, se ab eo iugo eximere. Propterea ne  
 cessit erit omnibus Christianis, munda-  
 no Magistratui se subiici, regi q̄ ab illo.

Secundo neminem fugit, Deū hæc  
 duo officia, in uicem distincta, instituisse,  
 nempe munus prædicandi, & officium  
 Magistratus, & præcepit, ut Christiani  
 utrisque obedient. Quapropter  
 est detestandus error, hæc officia inter se  
 confundere, aut alterutrum tollere, cum  
 tamen utrumque sit ordinatum et demā-  
 datum à Deo. Siquidem nullus homi-  
 num tantum habet potestatis, ut ordina-  
 tiones Dei dissipet.

Ad-

Ad hæc Anabaptistæ obijciunt, P̄t̄os non indigere punitione, ac ob id nec Magistratu, nec mundana politia. Sūt tenebræ. Boni enim opus habent Magistratu ad defensionem. Item Magistrus opus habet obediētibus & p̄ijs Christianis, ad status politici conseruationē. Quare Deus uult nobis hoc medio salutem dare propter utramq; causam, uide licet ut defensi simus, et uicissim nos omnibus viribus, totoq; corpore ordinationi huic inseruiamus, cum obedientia & fide, belli & pacis tēpore adsimus patati, quilibet iuxta suā uocationem, quo pax politiæ & disciplina cōseruetur, maliciæ deprimantur. Ad hoc autem ministerium præcipue requiruntur p̄ij Christiani. Ea omnia in Paulo expressa sunt Rom. 13, qui dicit, Obedientiam præsta mus potestati, cui tributum debetur, tributū, cui uectigal, uectigal, &c. damus. Quisquis igitur contraria ih̄s docuerit, scilicet Christianos nullum Magistratū posse gerere, hic docet à Magistratus iustitia, quam habet in nostra obedientia,

col.

ERRORIBVS LIB. II. 49<sup>t</sup>  
collum subtrahere. Quod manifeste pugnat cum dictis Pauli.

Tertius articulus.

Christianis prohibitum esse, dare iurandum, & iuriandum esse peccatum.

Et hic articulus est dissipatio politiarum & iudiciorū. Iuramento enim conservantur politiæ, & iudicia publica. Quod autem licitum sit Christianis iurare, probant primo exempla. Nam sanctus Paulus aperte uerbis, 2 Cor. 1, constat suam doctrinam iuramento. Ego, inquit, testem Deum inuoco aduersus animam meam. Similiter alibi saepius, ut Rom. 1. Philip. 1. Testis est mihi Deus. Idem in alijs quam plurimis locis solet facere.

Hebr. 6. Omnis controversiæ finis est, si accedit iuris iurandi confirmatio. Hic commendatur (& ut res necessaria inducitur) iuriandum in iudicijs. Ex his sane sequitur iure iurando aliquid confirmare, non esse peccatum. Quia Christus

Dicitus Christianis

stianis onus graue, sine Iudicibus & iudicij uivere, sicut supra de Magistratu dictum est. Et sanè præcipua pars politicae administrationis sunt Iudicia,

Deut.2. Per nomen Domini tui iurabis. In hoc secundo præcepto requiritur iuramentum, sed tantum ut fiat per nomen Dei. Cum igitur mandatum sit iurare, modo exigatur ab aliquo, necessario sequitur, iurare non esse peccatum, sed bonum & pius opus, quo Deus glorificatur. Si modo rite & uerè iuratur, nec ex petulatia aut leuitate, sed quum Dei gloria, & potestas legitima id requirat.

Quod autem Anabaptistæ obijciunt dictum Matih.5. Non iurabis, neq; per templū, &c. Primo respondeas, Iuramentum hic non prohiberi, sed hoc potius cautum, ne honor, qui Deo soli debetur, creaturis tribuat. Deus enim solus est Dominus, qui nouit corda, & menda cia punit. Quare potius Dei nō mē in hoc adducatur, quam templum, & similia.

Secundo

Secundo erit respondendum, ad id quod Christus inquit, Vester sermo sit est, &c. Quod inquit, Vester sermo, hoc inuit, quod prohibeat iuslurandum in nostris proprijs & priuatls sermonibus, cum nec Iudex nec Magistratus id à nobis extorqueat, item cū nec gloria Dei, nec aliorum salus nostro iuramento inclarescit. Vicissim uero iuste ac necessario iuratur, cū Magistratus aut Iudex requirit. Quemadmodum dictum est Hebr. 6. Iurisiurandi confirmatio omnis controversiae finis est.

### Quartus articulus.

Christiani iure tenentur facultates suas in commune conferre, nec licitum sit quicquam proprij possidere.

Hic articulus allicit nebulonū turbā, quæ labores fugit, & plus honorū dilapidat, quā honeste possit acquirere. Huiusmodi aut doctrinas dare locū seditionibus ac rapinis, nemo fermē non intelligit. Ad commonefaciendoſ tamen & instruendoſ simplices, probabimus ex

uerbo ac mandato Dei paucis, propriarum rerum possessionē Christianos posse habere. Et quod seditiosum, et contra uerbum Dei sit, docere, facultates in cōmūnem locum esse conferendas.

Primo, hic intellectus Christianis erit ualde necessarius, ut intelligent eternam & mundanam politiam esse ordinationem Dei, & Deo summe placere, ut in hac orbita maneamus, alter alteri inseruiendo, sicut prædictum. Proprium autem possidere, præcipua est politiae conseruandæ pars. Hinc sequi oportet, Christianum uti posse istis ordinatiōnibus. Imò quicunq; eas abrogare & prohibere conatur, & in harum locum nouas ordinationes constituere & inuhere, præciperec̄p, ut facultates in unum cumulum congerantur, ille ordinatio- nē Dei absq; dubio dissoluere in animo habet, ac contra Deum grauissime delinquit.

Secundo docet Paulus 1. Cor. 7, Christianis licitum esse emere & uēdere, qua re eis quoq; permissum facultates et pro-

prietates rerum tenere. Scribit etiam Timotheus. Præcipe diuitibus, ut faciles sint ad impariendum. Non dicit, Discedite ab bonis uestris, sed permittit facultatum & diuitiarum usum.

Tertio, Reges & Principes sine facultatibus & possessionibus esse non possunt. Scripturæ aperte testantur aliquos Regum & Principum, in beatas sedes receptos.

Quarto, Proverb. 5. Fontes tui deriuentur foras, tu uero Dominus horum esto solus. Hic docent nos sacræ literæ quemlibet suæ hæreditatis necessario esse Dominum. Verū ex fundi fructibus & commodis, aliorum necessitas sublevanda. Hoc enim innuit, cum dicit, Fontes tui deriuentur foras. Et est sane prudenti & pro Christiano ingens consolatio, scire quod Deo placeat hæc ciuilis ordinatio possidendi bona, & quærendi uictum, atq; Deum eam ob rem ordinationem istam defendere, ad uictū acquirēdum uiires præstare, &c. Quod autem Anabaptistæ obijciunt Apostolo-

rum exemplum, Christianos, qui tum Hierosolymis suas facultates, in communem usum contulisse, illud tanquam præceptum obseruandum. Quia etiam tum temporis fuere multi Christiani, qui hæc non obseruarunt, sed in suis possessionibus perdurarunt immobiles, id probari potest ex Paulo 2. Corinth. 9. Quo in loco Paulus docet, neminem esse detrudendum de suis facultibus, sed largitio eleemosynarum, non in necessitate sit sita, sed apud cuiusque animi arbitrium. Cum autem Hierosolymis magna esset persecutio, & Christiani omni momento possessiones suas amitterent, expellerenturque, conducibilius erat, proprias facultates uendere, pecuniam ad usus necessarios, in commune collatam conseruare. Persecutio igitur imminens in causa fuit huius rei, at nolebat tali opere nouam sanctimoniam comminisci, quemadmodum nonnulli Monachorum & Anabaptistarum, & alij quidam insaní religiosi, huiusmodi deliria & dissipationes naturalium

malium ordinationum ac politiarū, pro  
te sancta & pia iudicarunt. Nec intelli-  
gebant Christianam iustitiam nullibi es-  
se, nisi in corde. Neque etiam assequi po-  
tuere, in ciuilī hac conuersatione iux-  
ta usitatas & bene compositas ordina-  
tiones uitam nostram esse instituen-  
dam.

*Quintus articulus.*

Matrimonium illud pro scortati-  
one habendum, si altera coniugato-  
rum persona fuerit fidelis, altera infide-  
lis. Et fidelis potest infidelem relinque-  
re, causa infidelitatis, & alteri se iunge-  
re.

Hic articulus merito prudentes at ca-  
stos homines incitat, ut anabaptisti-  
cam sectā Vatiniano odio prosequan-  
tur. Si quidem horrendum auditu, ita  
scindere & conspurcare uerum coniu-  
gij statum.

Hunc anabaptisticum articulum es-  
se impium, clarum fit ex Pauli Prima

D 4 Cor.

Cor. 7. ubi aperte hanc quæstionem vñtilat, An fideles cum infidelibus in matrimonio simul cōiunctos manere præceptum sit. Et sanè concludit, ut unā in diuisi cohabitent, simul docens huiusmodi matrimonia, fidelī esse uerū, piū, & Deo gratum coniugium. Propterea, inquit, Sanctificatur incredulus per credulam personam. Nempe coniugalissimus personæ cohabitatio sit sancta, hoc est Deo accepta, propterea peccati nullam speciem habet. Ad hunc enim modum uerbum Sanctificatur, hoc in loco intelligendum est. Eodem in sensu alibi quoq; Paulus hac dictione utitur, nempe, Cibus sanctificatur, hoc est, non est peccatum uti cibis, quos Deus creauit.

Itaq; utrāq; rem docet nos Paulus. primo, ut credula persona apud incredulam perduret, & obligata sit cōtinuo, si non ab incredula ex petulantia deseratur. Secundo, quod inter fidelem personam ac infidelem uerum sit coniugiu adeo, ut fidelis persona bona conscientia in hoc coniugio, tanquam in sancto

&amp;

& pio statu uiuere possit, in eoque per manere debet. Nam apertis uerbis hāc cōuersationem fore sanctam Paulus declarat. Propterea omnino satanæ est illusio, qui Anabaptistas inflammat, ut tale coniugium scortationem & arguat & dissipent.

Porrò & si Anabaptistæ sint omnino impudentes, ut configant menda-  
cia & interpretationes, ut uelint, attame-  
quilibet sana prædictus mente facile con-  
uictus, hunc quem iam diximus, germa-  
num & genuinum sensum esse sancti  
Pauli.

Insuper Anabaptistæ sibi ipsis singu-  
lare prouerbium excogitarunt, quod i-  
ta sonat, Vna fides, una charitas. Hoc  
ad hūc modū interpretatur, Qui diuer-  
sa religionis sunt, hos à foedere coniuga-  
li damus liberos. Quod si hoc prouerbi-  
um sic esset intelligendum, ac si non esse  
mus deuincti ad præstandum uel fidē  
uel charitatem, si non conueniremus u-  
na in fide, tum facile omnes conuentio-  
nes, contractus & debita extingui pos-

D 5 sent,

410. DE CATA BAPTISTARVM  
sent. Christus præcipit, ut etiam inimicos diligamus, & qui nos persequuntur, ac omnibus modis fidei nostræ aduersantur. Quanto igitur magis coniuges inter se mutuam benevolentiam seruare conuenit.

Melior est interpretatio, si quisque in suo corde unam fidem, unam charitatem erga Deum firmiter conseruet, hoc est, unice credere in Deum, illi soli fidei, Deum solum super omnia diligere, nec permettere se à Deo auerti, per uoluptates, honores, diuitias & opes, &c. Christiani hominis est proprium. Hæc que ipsa dilectio erga Deum adfert quoque secum obedientiam omnium oporum, quæ Deus in quolibet officio mādauit.

### *De paedobaptismo.*

Anabaptistarum dogma est, Infantes non esse baptizandos.

Quilibet pius secum perpendat. Primo, quām sit horrendum, maiorē humani generis partē, non tantū in statum incertum Christianæ Ecclesiæ abiijcere, ue-

rum etiam à Dei ordinatione & gratia ad condemnationem pertrahere. Secūdo, quanta corruptela, si inter nos duæ partes, una baptizata, altera non sequetur: Et si baptismus maior pars abnue ret, paganismus adesset. Ad hęc mala satan uiam struit. Quare omnes ueri Christiani exacte erudiantur de paedobaptismo, sanæ doctrinæ fundamento consolentur, & animati sint ad affirmandum paedobaptismum, Deo in honorem, & dilectis infantibus ad salutem, nobis in consolationem. Imprimis enim magna Christianis recte institutis adfert iucunditatem, Infantes certò per baptismus cōsequi salutem, & filios Dei fieri. Hoc ipso clarum faciemus, paedobaptismū necessarium, & à Christo institutum. Et īā primum fundamentum subiçiam.

Certum & indubitatum est, gratiam Christi, remissionem peccatorū, & iustitiam in Euangēlio promissam, etiam ad pueros spectare. Christus enim inquit, Si nite paruulos ad me uenire, quia talium est regnum cœlorū. Extra Christi autē Ecclesi-

42 DE CATABAPTISTARVM

Ecclesiam, hoc est, ubi nec sacramentū,  
nec Dei est uerbum, nulla salus. Eā ob-  
rem Christianæ Ecclesiæ pueri sunt in-  
serendi, & huius membra fieri utile, per  
que sacramenta huiusmodi gratia porri-  
genda. Deus enim externum officium  
ita ordinauit ac præcepit, ut per hoc om-  
nibus, qui sunt in Ecclesia, remissio pec-  
atorum disp̄setur. Hoc totum est pla-  
num. Nec enim unquam Anabaptistæ  
ostendent, salutem esse extra Ecclesiam  
Christianam, hoc est, ubi uerbū Dei &  
sacramenta absunt.

Secundum fundamentum. Necessitate  
infantes esse membra Christianæ Eccle-  
siæ, si modo uelint saluari, iuxta iā præ-  
dicta. Docemur autem à sancto Paulo,  
Ecclesiā esse collectionem, quæ per san-  
ctum Spiritum & baptismo purificata  
est. Quare nemo absq; baptismo, quan-  
to magis illo contempto, membrum ca-  
tholicæ Ecclesiæ esse potest. Sic etiam  
Christus instruit Ioan. 3. Nisi quis na-  
tus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest  
introire in regnum Dei. Hic complecti-  
tur

tur Christus uniuersos homines, tam infantes quam senes, & præcipue de aqua differit. Quare si Anabaptistæ nos interrogent, ubi nam præceptum sit, infantes esse baptizandos, tum ad hanc sententiam refugiemus, & certo sciamus, hic esse præceptum. Christus enim inquit, Quod nemo possit introire in regnum Dei, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto. Officium etenim aqua baptizandi commissum est Ecclesiæ.

Quod uero aquam & externa signa sublimi quadam sapientia & sanctimo[n]ia ex alto despiciunt, id sit astutia et caliditate diaboli, qui illorū est magister, quiq[ue] ut inflatus spiritus, odio Dei, miseros homines agitat, & impellit ad irridendum uerbum & ordinationē Dei. Christianis probe tenendum, istis externis signis inesse uerbum, mandatum & ordinationem Dei. Quare istis signis utidebemus, certi Deum suo modo operari, quemadmodū promisit. Ob id sanctus Paulus dicit, Ecclesiā purificari per baptismum, præterea nos quoq[ue] per baptismā

tisma regenerari. Quæ nim̄um omnia  
dicta sunt, ut constanter & firmiter cre-  
damus, Deū simul cū signis operari.

Quod uero Anabaptistæ ijs obijci-  
unt, Infantes non habere fidem, ex ca-  
pīte suo cōfingunt, & cogitatio nullius  
momenti. Illud enim certum, Deum in  
infantibus suo modo operari, si per ba-  
ptisma ad illum adducantur. Nemo e-  
nīm absq; Diuina operatione & rege-  
neratione fit saluus, Ioan. 3. Indubitatū  
etiam, infantes, qui Ecclesiæ sunt mem-  
bra, saluari. Sequitur igitur, necessario  
uerum esse, Deum in illis operari.

Tertium illorum fundamentum, In-  
fantes in se peccatum uidelicet origina-  
le habent, quare indigēt remissione pec-  
atorum, quæ ipsis per baptismum com-  
municatur. Hæc enim remissio, & hoc  
externū munus, facit discriminem inter in-  
fantes, qui saluātur, & inter eos, qui à be-  
atitudine seclusi. Verū hic aperte cog-  
nocit Anabaptistarum spiritus, quia  
docent infantes peccato carere, & mor-  
bū originalem, nō esse peccatum. Item,  
inna-

Innatam concupiscentiā in hominibus, non esse peccatum. Ad mendaciū fucā dū alia infinita mendacia requiruntur. Quod & hic apparet, cū Anabaptistæ volunt baptismum ē medio tollere infantiā, affingunt plaustra mendaciorū, suo proposito seruientia. Quisq; animo uolat, quæ sit Anabaptistarū sanctitas, ex cogitant noua, extēra & inusitata opera, quibus uideri uolunt sancti. Et adeo tamen obcæcato sunt corde, ut suorum ipsorum prauas cōcupiscentias, non dūcāt esse peccatū. Contemnūt baptismū, & extēnum Dei Verbi ministeriū, nec volunt hic Deum simul requiri, nec in ijs operari.

Hinc patet eos ignorare, quid sit uera fidēs. Interim noua opera excogitāt, amāt singulares reuelationes, extra et sine uerbo Dei. Hæc est mera cæcitas, seductio, & diabolica illusio. Et sunt illi ipsi sancti, de quibus Paulus loquit̄, quod sint uani, qui magna & sublimia faciunt, de quibus nihil comperti habent. Ista omnia probe Christiani teneant, quo fa-

nati-

46 DE CATA BAPTISTARVM

naticos spiritus et spectra, nocturnas flâmas discernant, ut & fuga sibi consule-re, & deuitare ea possint.

Infantes autem uitio originis pollu-tos, & concupiscentias innatas & pra-  
ras, esse peccata, docet nos sanctus Pau-lus multis in locis apertissime. Rom. 5.  
Per Adæ inobedientiam, omnes pecca-tores constituti sumus. Rom. 7. Innatâ  
concupiscentiam in hominibus appellat peccatum, quod nobiscum habitet. Rom. 8. inquit, Affectionis carnis, inimici-tia est aduersus Deum. Quid, obsecro, a-pertius & significantius dici potuisset?  
Item Ephes. 2, Eramus natura filij iræ.  
Hoc est, peccato depravati & damnati.

Vt summatim dicam, nullo non tem-pore persuasi fuere Christiani, uitium originale reuera esse peccatum, & hoc infantibus per baptismum remitti. Et ne diu hic immorer, nā omnes p̄ij in Diui-nis exercitati aperte uident, & apprehē-dūt, Anabaptistas petulanter uerbum Dei abnegare, unicam tantum adiun-gam causam, ex qua luce clarius uide-mus

mus, Infantes peccato esse obnoxios, quod ipsis in baptismo remittatur. Si quidem in confesso apud omnes Christianos est, Christum non tantum adul-  
tos aut senes, sed & infantes redemisse. Si igitur opus habent Christo ut redem-  
ptore, non dubium est peccatum in ip-  
sis hærere. Postquam iam clare probatū  
peccatum esse in infantibus, si remissio  
nem consequi uolunt, oportet ut acce-  
dat externum ministerium, alioqui nul-  
lum esset discriminem, nec aliqua Eccle-  
siæ nota.

Quartum argumentum. Baptismus et circumcisio, utraq; res significat, sicut docet sanctus Paulus, gratiam & remis-  
sionem peccatorum. Circumcisio autē puerorum demandata & necessaria, &  
per hanc filij Abrahæ à Deo recepti, &  
filij Dei facti. Quare conueniens ut eti-  
am apud nos extet signum, quod discri-  
men sit inter filios Dei, & cōdemnatos.

Quintum fundamentum. Christus Dominus noster pronunciauit de pue-  
ris sententiam, consolationis plenam,

E cum

cum inquit, Non est uoluntas Patris, ut pereat unus de pusillis istis. Hæc uerba dicta sunt de infantibus circumcisis. Ita etiam apud nos tantum de istis infantibus sermo est, qui sunt Ecclesiæ membra. Non enim de Ethnicis aut Turcis intelligi possunt, quum nulla sit salus extra Ecclesiam, hoc est, ubi uerbum et sacramenta exulant.

Quare omnes p̄ij concipient consolationem ac lætitiam, quod certo sciant, eorum pueros sine dubitatione esse filios Dei, si per baptismū facti fuerint membra Ecclesie, & à Deo assumpti. Ob has sane causas non potest non esse iucunda consolatio, baptismus parvulorum.

Et ut tandem concludamus, et si omnes Anabaptistæ omnem sapientiam, sanitatem & martyria in unū congerāt, nullū tamen hominē certificare poterūt pueros extra Ecclesiam, ut puta Turcarū filios, saluos posse fieri. Hoc ipso horum doctrina penitus est incerta, commentum uanum, et deceptio diabolica.

Quamvis autē hæc argumentis infalibili-

libilibus, ex sacris literis desumptis con-  
futauerimus, huius tamen quoq; uos ad  
monendos duximus, paedobaptismum  
non esse rem nuper inuentam, sed in ue-  
teri quoq; puriore Ecclesia usurpatam,  
quod non parui ducendum esse existi-  
mo. Quæcunq; enim ad beatam uitam  
requiruntur, necesse est, ut horum usus  
iam antea quoq; in orbe Christiano fue-  
rit, præsertim tum temporis, cum since-  
rior & purior fuit doctrina. Si igitur pæ-  
dobaptismus impius, et anabaptismus  
ad salutem necessarius, requireretur sa-  
nè aliquod exemplum, à sancto Spíritu  
in ueteri Ecclesia approbatum. Postquæ  
autē doctrina anabaptistica, est propri-  
um cōmentū, nouiterq; excogitatū, abs  
q; ullo exēplo, aut testimonio ueteris Ec-  
clesiæ, merito ergo prudētiores Christi-  
ani ab hac reiteratione baptismi abhor-  
rere debēt. Non enim sic est ludendū in  
doctrina uera et Christiana, ut licitū sit  
absque ullo Dei uerbo, aut approbatō  
exemplō, noua dogmata recipere, imo  
que repugnēt et uerbo Dei, et omnibus

exemplis catholicae Ecclesiæ, quæ ab ini-  
tio in uigore fuit. Hæc sanè horreda est  
præsumptio & superbia, à qua Deus cle-  
menter nos tueri uelit. Est enim diaboli  
cus contemptus Dei, & propriuni anti-  
christi officium, ut Daniel & Paulus te-  
stificantur. Papa cū monachis multos hor-  
rendos abusus, simili audacia, in totum  
orbem Christianum introduxerunt, abs-  
que ullo Dei uerbo, imò affirmarunt ea  
quæ uerbo & exemplis ueterum repu-  
gnant, uidelicet missas defunctorū, pro-  
hibitionem matrimonij, et alia infinita.  
**A**d hæc licet Anabaptistæ & paedoba-  
ptismum in eundem numerum ponunt,  
tamē toto coelo errant. Infantium enim  
baptismus nütitur uerbo Dei, & exem-  
plis purioris & ueteris Ecclesiæ. Chri-  
stus enim dicit, Nemo potest introire in  
regnum Dei, nisi quis renatus fuerit ex  
aqua & Spiritu sancto. Externum igit-  
tur hoc ministerium cum aqua baptiza-  
re, est mandatum Ecclesiæ, quare meri-  
to Ecclesia omnibus illud communica-  
re debet. Insuper paedobaptismus habet  
exem-

Exempla ueteris Ecclesiæ et Christianæ.

Origenes apertis uerbis in Exclamacione Epistolæ ad Rom. Cap. 6. sic scribit, Itaq; & Ecclesia ab Apostolis traditionem accepit, etiam paruulis dare baptisnum. Sciebant enim illi, quibus secreta diuinorum mysteriorum commissa sunt, quod essent in omnibus genuinæ sordes peccati, quæ per aquā & spiritum aboleri deberent.

Sic quoq; scribit Cyprianus ad Flodum optimam admonitionē, quod Ecclesia non debeat paruulos à baptismo & gratia excludere, sed ex officio teneri baptisma illis communicare. Quantum enim in illa situm est, debeat omnibus tam paruulis quam adultis officio suo non deesse. Et ijs addit' aperte, Infantes ideo opus habere baptismo, ut per gratiam Dei, & opus baptismi, consequatur remissionem peccati originalis. Tales etiam multæ sententiæ reperiuntur in Augustino, qui ait, Hanc ordinacionem baptismi paruolorū, in tota Ecclesia obseruatam fuisse, tanquam ab Apo-

stolis ad eos fluxerit.

Has sententias recensuimus, ne ru-  
diores decipientur, per spiritus menda-  
ces, qui indoctioribus inculcat quasi a-  
pud sanctos patres non in usu fuerit pæ  
dobaptismus, sicut aliqui Monasterien-  
sium scripsierunt. Præterea, ut memineri  
mus, quā sit in Ecclesia Christiana hor-  
renda præsumptio, & libertas, imò dete-  
stabilis error, cōtra exempla ueterū, no-  
uas doctrinas absq; uerbo Dei confin-  
gere, ac in uulgu spargere.

Si quis enumeratas rationes diligen-  
ter perpenderit, is nimirum per grati-  
am Dei fidem suam stabiliet, seq; contra  
impios & fanaticos Anabaptistas egre-  
gie defendere poterit. Neminem enim  
latere debet, fidem nostram sine tenta-  
tione ac persecutione fore, sed per uer-  
bum Dei rursus erigi. Quare operæpre-  
ciū erit uigilare atq; circūspicere, ne dia-  
bolus nos à uerbo Dei deducat ad pro-  
priæ cogitationes, sicut Anabaptistis ac  
cidit. Hoc enim est fūdamentū et initiū  
seductionis anabaptisticæ, quod uerbū  
Dei

Dei contemnunt, & innitūtur proprijs cogitationibus, adeoq; in istis sibi blandiuntur, ut non erubescant dicere id, quod somniant, esse ex Spiritu sancto. Et eò tandem prolabuntur, blasphemātes Deum, dicendo Verbum externum & sacras literas nihili esse pendēdas, sed potius sp̄iritum consulendum, sequendumq;. Quod si hic aditus, aut hęc fenestra patet, ut quilibet iuxta suum sp̄iritū, nec secundum Dei uerbum iudicet, bone Deus, quām horrendum spectaculū breui videbimus. Exemplum Monasteriorium nobis timorem inculcat. Multi etiā nostrū ex Anabaptistis audiuerē, de quibus iā suppliciū est sumptū, si cōuincerentur apertis Scripturis, tū quod sp̄iritus talia eos doceret, respondebat.

Qua propter summe necessariū erit totis uiribus huc incūbere, ne nos à uerbo Dei ad proprias cogitationes seduci patiamur, sed certo cognoscamus, Sp̄iritum sanctum absq; uerbo Dei non operari, sed per uerbū Dei. Et quod Deus per suum uerbū cognosci & apprehēdi

uelit, sicut Paulus inquit, Fides ex auditu est, Hoc est, ex prædicatione, uel ex tempore uerbo. Hac ordinationem Deus conseruat, nec dissoluit. Propterea contemptus externi uerbi & sacrae Scripturæ, est mera blasphemia, quam Magistrus punire debet, iuxta uim secundi præcepti, quod præcipit, blasphemias esse se uere puniendas. Præterea apparet, quāta impietas & facinus, succedēte tempore, in hoc externo uitę cursu emersura essent, si unicuique iuxta proprias cogitationes docere & uiuere liceret. Propterea inquit sapiens Rex Salomon, Si uerum prædicandi munus sublatum fuerit, tum populus dissipabitur. Quare Magistratus quoque officiū, diligenter inuigilare, nec pati huiusmodi blasphemias, uidelicet apertum contemptum Scripturæ, & externi uerbi, sed potius seuera animaduersione prohibere, & punire inobedientes. Imprimis ad omnes Christianos attinet, talem Scripturarum contemptū diabolicam rem iudicare, & scire quod eiusdem serpentis sit sermo, qui in paradiſo

diso ad Euam locutus est,

Habent ad hæc Anabaptistæ plures errores de utroq; sacramento, & eorum usu, deçp; alijs pluribus articulis, de quibus alijs quoq; scripslerunt, & eos omnes in præsentiarum attingere, angustia tēporis non permittit.

Hæc autem dissertatio propter rudiores est scripta, ut his apertis articulis, spiritum Anabaptistarum discernere & dijudicare possent, quo in alijs fierent cautiōres. Propterea rogatos uolo pios uerbi Dei Concionatores, ut tā hos quam alios articulos fusius declarent, populūque saepe & diligenter his periculosis tēporibus erudiant, quod & eorum fundatio postulat. Deo enim rationem sunt reddituri, si nō magna seueritate his erroribus se opponant.

Induunt quoq; Anabaptistæ mores, quibus hominib; plus imponunt, quā ipsa doctrina, uidelicet quod multa magnifica & inusitata uerba proferunt, & iactitant revelationes ē cœlo expositas, quæ tamen omnia sunt uana & ementi-

E 5 ta,

ta, sicut experientia s<sup>e</sup>pe docuit. Item singularem patientiam, et humilitatem, p<sup>r</sup>aeferunt apud istos, quos laudatos suscipiunt. Item fratnæ charitatis speciem habet, quod facultates in communem usum conserunt. Item, quod ostentant non dicendam patientiam in afflictionibus, magnaç audacia & spiritu mortem oppetunt.

Nec autem mirum, quod homines istis laruis commouetur. Propterea Christia no nesse est, ut uerbū Dei bis per omnia anteponat externis moribus. Imosciendum est spiritualia negotia, fuxta uerbum Dei, neq; ulla alia re, iudicanda esse. Nā & Ethnici perinde audacter morte cum uita commutare non ueretur. Diabolus etiam suos nouit obcæcare, ne ipsorum peccata et poenas sentiant. Christiani vero & sentiunt peccata & paurores, hos autem vincunt uera fide. Propterea quamdiu luctatur, apparet in ipsis infirmitas. Quapropter etiam si audacter moriantur Anabaptistæ, tamen ob id uobis non erit deficiendum à uerbo

bo Dei, sed potius meditandum erit,  
quod ad ueram fidem in corde retinen-  
dam, utile sit. Ingens nobis certamen &  
& lucta aduersus omnes generis ten-  
tationum & offendiculorum imminent.

Dominus noster Iesus Christus cle-  
menter nos tueatur ab omni errore, cō-  
seruetq; in uera & fide & obedientia.  
Amen.

*Confutationis anabaptisticae  
sectæ finis.*

COLLOQVIVM CVM ANABAPTIS-  
ta in Louffen, oppido episco-  
pali, Anno 1530

*Colloquutores, Anabaptista,  
Pastor, & Orthodoxus.*

Vocatus Anabaptista insolens post  
cōcionem diuinam, qui à Præfecto op-  
pidi, ut rationem & suæ fidei & segregati-  
onis ab Ecclesia corā omnibus reddat,  
admonitus. In agro enim & loco solita-  
rio cū uxore et liberis ad annos aliquot  
habitarat, & nullū ex suis liberis bapti-  
smi

## 428 DE CATABAPTISTARVM

smi sacramento initiarat. Adfuit hilari uultu, semel conceptæ malicie specimē daturus. Pastor huius Ecclesiæ initium sermonis sumebat. Heus tu, inquit, nosti te captiuum fuisse, promisissec̄p̄ cum liberareris, te uelle Christiano more uiuere, quemadmodū reliqui fideles, qui Christo nomen dederunt, Ecclesiam, in quam nos omnes congregamur, Domini niciis diebus uelle adire et conciones, ex uerbo Domini erutas, audire. Quod haec tenus neglexisti, licet id per tuū Ita sancte promiseris. Cupimus igitur exterationem huius cōtemptus, coram nostro Senatu, & Fratribus Basiliensibus audi re. Et si in ullo nostras conciones reprehendere, quod perperam docuerimus, potes, fidicas libere coram omnibus, satisfaciemus tibi. Dein etiā, in quibus tu articulis erres, ostendemus. Anabap. Nunquam audiuī, quidnam doctrinæ populo isti proposueris, quibus pascuis tuos paueris, sed hoc scio, in Ecclesia tua adulteros, aleatores, ebrios, scortatores esse. Eaçp̄ est causa, quod hactenus hanc

hanc populi congregationem non adierim, cumq; illis commercium nullum haberim, iuxta Pauli dictum, Mores bonos colloquia prava corrumpunt, quanto magis facta et peccata publica, in quibus maior pars mortua est. Vulpecula nihil de pastoris doctrina & uita nūc temporis in medium producere studiose uoluit, quem postea non dicendis maledictis obruit. Ortho. Auditiss, adstantes alloquebatur, quid homo iste dicat cōtra uos, quo encomio uestram Ecclesiam ornet. Hic mos illorum hominū, ut ob unum peccatorem, quem tamen nunquam iuxta Christi institutionem ex charitate faterna admonuerunt, quo resipisceret, totam Ecclesiam damnent. Necq; credo tales, tam manifestos peccatores in uobis esse, de quibus hic nimis inuidiose mētionem facit. Nam uestras leges, quas ex uero pietatis affectu, nomine impellente, ipsi constituitis contra tales peccatores, easq; strenue obseruastis, hactenus noui. Ob id iste homo dicit de ijs rebus, que ignorat, aut dedita ope-

opera, uestram Ecclesiā denegare, quo  
sanctior uidere possit, conatur. Ostēde,  
obsecro, unum de illorum numero, qui  
talia peccata perpetravit, nec punitus sit  
tam ab Ecclesia quam à Magistratu, &  
uerbis tuis fidē habebimus. Hoc enim  
est totam illam rem publicam conuitis  
impetere, mendacia de illis, quorum be-  
neficio in agro tuo latitas, spargere, ma-  
lū reddere pro bono. Impius erga illos  
fuisti, qui non iam olim tua admonitio-  
ne & doctrina hoc peccatum sustuleris,  
emēdauerisq;. Nostī tu fratrem errare,  
et non reducis in viam? Catabaptista ad  
hæc nihil omnino respondebat, hinc in  
dē oculos uertēs, ignarus quod nam ini-  
tium sui sermonis constitueret. Ad quē  
Orthodoxus, Sīnamus illa. De Eccle-  
sia huius populi, quam tu contemnis,  
accedereq; recusas, loquemur. Reor te  
ex scriptura diuina sepe audisse uel legis-  
se, nosti ne legere, dic nobis illud, ut a-  
llia via, quam cum simplici homine te-  
cum disputationem cum fructu & utili-  
tate ineamus. Anabaptista, Nouilege-  
re

re Germanicum Testamentum. Orth.  
 Vtinam uerè, quæ legis, intelligeres, nō  
 tuis somnijs crederes, aut falsis prophe-  
 tis aures præberes. Audi igitur placido  
 animo ea, quæ adducturi sumus. Diuus  
 Paulus dicit, Omnia probate, & quod  
 bonum est, tenete. Fugere autem illum,  
 qui uerbum Domini prædicat, qui legi-  
 tima uocatione in ministrum Ecclesiæ  
 electus, quemq; nunquam audisti, cui-  
 us doctrinam ignoras, nonne magnum  
 Ecclesiæ contemptum indicat? ne dicā  
 summam maliciam. Cōquereris de per-  
 sonis quibusdam priuatis in Ecclesia,  
 quæ merito contra te actionem acerri-  
 mā instituerent, ob neglectā erga se cha-  
 ritatem, ob clāculariam obtrectationē,  
 ob perfidiam, qua erga illos es usus. Ec-  
 clesia tui curam, tanquam pupillę oculi,  
 habuit, tecq; omnibus modis ad caulam  
 ouiū Christi reducere conata est, in mul-  
 tis tibi ignoscens, de qbus iure potuisset  
 tecū cōtēdere, tecq; loco turbare, in quo  
 summa prosperitate degis, & hāc ingrati-  
 tudinem erga se īā experitur. Es ne unq;  
 ab

ab ullo, etiam à uilissimo, aliqua mole-  
stia affectus, díc nobis id ingenue. Sub-  
ticut iterum Anabaptista. Orth. Dico  
tibi bone uir, fratrī enim nomen non  
admittis, ne ita temere totam Ecclesiam  
huius oppidi cōdemnes quasi impiam.  
hoc uitio ferē omnes Anabaptistæ labo-  
rāt, quo autem id spiritu fiat, Dominus  
nouit, & fideles omnes, qui Spíritu Dei  
ducuntur, optime norunt. Anaba. Ne-  
minem cōdemno, bene uolo omnibus,  
etiam Turcis & Iudæis. Orth. Sed iudi-  
cas, hoc est, tuam sanctitatē, religionē,  
honestā uitā prædicas, contemptis om-  
nibus, qui nostræ Ecclesiæ sunt mēbra.  
Anaba. Sanctimoniam meā et honestā  
uitā nouit Dominus & fratres mei, qui  
bus cum mihi negocium. Orth. Mag-  
num Ecclesiæ detrimentum importas,  
tuo demum incommodo, scandalum in-  
gens ponis, quod illum, qui in ministrū  
Ecclesiæ delectus, uocatus, & ab omni-  
bus approbatus, cōtemnis. An aestimas  
te solum sapere, è cœlo sapientiam, ne-  
mini hacienus cognitam, hausisse, Di-  
co

eo tibi, seductus es à tuis doctoribus,  
qui hinc inde obambulat, sed noctu, lu-  
cem enim fugiunt. Norunt etiam ab af-  
ficta amicitia transfugere. & ad floren-  
tem aliā deuolare, sua emolumenta que-  
rentes. Domum commodam tibi elegi-  
sti ihs in locis solitarijs, ad scelera uaria  
perpetranda, ad spargendos errores ual-  
de opportunam. Anabap. Nihil ma-  
li, si conuenimus, cogitamus, taceo, ut  
designemus. Orthodoxus, Nemo te in-  
cusat ullius sceleris. Magistratū habes,  
à Deo ordinatum, qui gladium gestat  
ad poenam sceleratorum. Quis adeo sto-  
lidus est, qui non intelligat, tuum de om-  
nibus rebus, quas Ecclesia in precio ha-  
het, temerarium iudicium. Negare non  
potes, te quosdam domifouere, qui lo-  
co præceptorum tibi sunt, cum quibus  
de rebus diuinis, de articulis tuæ sectæ  
sermocinaris. Dico tibi, periclitari uis,  
id fiet, si admonitionem non admittis,  
tuo malo. Cogita ignorantiam tuam in  
Scripturis, qui uix excusa & Gerinan-  
ta Biblia legere poteris. Prudentes re-

F qui

quirit Christus discipulos, nō stupidos,  
doctos, non indoctos. Anab. Dominus  
Christus Petrum rudem pescatorem do-  
cuit uera regni Dei mysteria, idem &  
mihi reuelauit ea, quæ ad salutem sunt  
necessaria. Quæque lego, Spiritus san-  
ctus explanat, neque ullam ambiguita-  
tem relinquit, tam de baptismo, quam  
de cœna Dominica, de qua uos, nescio  
quid certaminis iniuistis, congladian-  
tes de lana caprina, ex pane Diuinum  
numen facientes. Et nullus contentio-  
nis est finis. Docuistis panem esse, &  
manere panem, iam Christum ipsum  
ex pane illo constituere uultis. Ortho-  
doxus, De cœna Dominica prodidisti  
animum tuum, imò præceptorum tu-  
orum doctrinam erroneam. Ex te ipso  
non habes ea, quæ iam exciderunt. Do-  
minus tibi ignoscat. Nos non solum  
panem in cœna Domini habemus, sed  
etiam ipsum Christum. Nos non ita  
loquimur, quemadmodum tu, & tui si-  
miles. Rogo omnes uos per Deum (uul-  
sum conuertit pius uir ad auditores,  
quo-

Quorum magna pars, nempe potior & prudentior huius oppidi aderat) ne ita contemptim, & sine Scripturis de illo sacro sancto mysterio loquamini. Ne que papistico more hic excogitamus obstupescenda. Summo cum honore, dignitate & timore, cum gratiarum actione de illo sacramento sermo habendus. Contemnuntur a uobis haec mysteria, despiciatissimaque habentur, quod noui ex multis, quos hactenus allocutus sum. Dominus illis Spiritum melior rem concedat, & intelligentiorem, quo mysteria illa recte perpendant, & simplicioribus purius rectius que proponant. Ea mysteria nunc relinquamus, priora tua dicta excutienda erunt. Dixisti adulteros & ebrios hoc in oppido esse, peccare impune, nemine prohibente, & eos Ecclesiæ esse præcipua membra. Miror tuam impudentiam, quum neminem audeas nominare, & neminem admonueris, quod conselate uiuat. Habent hi constitutum satis laudabile quidem de adulteris et ebriosis.

Publica uitia impunita haec tenus non  
fuerunt. Quem ex illis, blandis unquam  
uerbis corripuisti, Christi institutum se-  
quutus; Iudicare alios, de quibus nihil  
mali unquam uidisti, Christiani homi-  
nis non est, immo ne Ethnici quidem, qui  
non laudabant eos, qui reliquos conui-  
cij mendacibus adspargebant. Coniu-  
cidi sunt peccatores suorum scelerum,  
alias nihil efficies, sed te ipsum suspectum  
reddes. Praebe tu bonum exemplum o-  
mnibus, uide ne erres, ne delictum te pre-  
occupet. Condonata fratri commissum,  
quem admonuisti. An non occurrit Pau-  
li dictum in Epistola ad Galatas Cap. 6?  
Fratres inquit, etiam si occupatus fuerit  
homo in aliquo delicto, uos qui spiritu-  
ales estis, instaurate huiusmodi spiritu  
mansuetudinis, considerans temet ip-  
sum, ne & tu tenteris. In uicem alij alio-  
rum onera portate, & sic complete legem  
Christi. Nam si quis sibi uidetur aliquid  
esse, quem nihil sit, suum ipse fallit ani-  
mum. Opus autem suum probet unus  
quisque, & tunc in semetipso tantum glo-  
riatio-

riationem habebit, & non in alio. V-  
nusquisq; enim propriā sarcinam baſu-  
labit. Legisti ne unquā hæc Pauli uer-  
ba: Anabap. Legi æque actu, Ortho.  
Cur exciderunt? Aut dic, quem à pecca-  
tis retraxistiſ ex illis, quos publice hic  
coram Ecclesia accusas? Quomodo ob-  
paucos malos totam congregationem  
condemnas, teçp; ab illis separas, quasi à  
membris satanæ? Diuus Paulus dicit,  
Proba teipſum, non alios, quorum cor  
telatet. Si ijs criminibus obnoxij sunt,  
quorum tu eos incusas, quod tamē per  
negant, dolorē tum propter illos, tum  
propter Ecclesiam, quam offendūt pec-  
catrice uita. Dic in ueritate, accessisti  
ne aliquem ijs criminibus obnoxium,  
& blāde admonuisti? Scio nullum in ui-  
tatua te corripiuisse, nec tantum sanguī  
nis habes, aut audaciæ, ut probi uiri of-  
ficiū subires, quia nihil comperti po-  
tes proferre in mediū. Cur igitur ea spar-  
gis, quæ non decent in hoc piorum cō-  
uentu? Anabaptistarum more hoc fa-  
cis, qui omnes dæmonibus dant, qui

suæ lotioni contradicunt. Quum igitur nihil comperti nosti de peccatis publicis Ecclesiæ istæ, cur igitur te ab illis separas, à fidelibus te se iungis? Pessime agis, dico tibi. Nam qui Deum diligit, ille etiam unitatem populi Dei amat. Verum, ut hoc iterum dicam, si nosti ullum publicum uitium, quod designarunt isti, quos coram te uides, in mediū profer, remedium excogitabimus huic morbo. Sed oportet illos conuincere, quod publice in hjs peccatis sine resipiscientia sese uoluntarint, tanquam sus in luto. Nudis enim uerbis nō credemus. Quando regulæ Christi memor fuisti? Quæ Matth. 18 habetur, Si peccauerit, inquit, in te frater tuus, uade, & argue eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum, &c. Fecisti ne illud, quod ex Matthæo adduxi? Anabap. Non sunt fratres mei, neque de Ecclesia mea. Christus dicit, Frater Orthodox. Iam te ipsum planè prodis. An non Christus etiam pro illis passus, quos conspicis, suumq; sanguinem in cru-

crucis ara effudit. An nō illis æterna uita  
 promissa est æquè, ac tuis fraterculis? Anab.  
 Non loquor contra illud. Orth.  
 Qui in Christū Iesum credit, et illā fidē  
 corde & ore confitetur, operibusq; te-  
 statur se bonā arborem esse, ille nomina-  
 tur Christianus & frater. Qui fit igitur,  
 quod illos fratris loco non habes, quod  
 te à Christi populo segregas, qui te pro  
 fratre quū Christū confiteris, agnoscunt:  
 Doleo maxime ob tuam cæcitatē et stul-  
 titiā. Certe isti prudenter faciūt, & Scri-  
 pturā sui facti habent, quod te odio nō  
 psequuntur, necq; abominant̄, & si ouis  
 erratica sis à caule Christi, sed potius om-  
 nes diligentia adhibent, quo te reducāt.  
 Illos etiā obsecro, ut sedulo hoc charita-  
 tis officiū exerceāt, nihilq; omittāt, quod  
 ad tuam salutē facere uideaf. Anab. Si la-  
 tro à suo latrocinio desisteret, p fratre il-  
 lū agnoscerē, et si adhuc in spelūca, quo  
 insidiatus fuit hominibus, habitaret. Or-  
 tho. Cur igitur te ab illis separas? Scio il-  
 los tantū ex Euāgelij doctrina dīdicisse,  
 ut nolint peccatores mori, & admoniti,

à peccatis desistere, uitamq; suā emen-  
dare. Quod autem tu tam sanctus, tam  
innocens es, omnes mortales ob sancti-  
moniam tuam fictam cōtemnens, facit  
superbum & hypocriticū cor, quo præ-  
ditus es. Imitaris Phariseū, in Euange-  
lio Luce descriptū. Nonne publicanus  
descendit in domū suam iustificatus ma-  
gis, quām iste? An nescis, qui se extollit,  
humiliabitur, & qui se humiliat, extolle-  
tur? Necq; unum hominē, hoc tuo facto  
contemnis, sed totam Ecclesiam. Perpē-  
de, oro, quid agas, quām grande pecca-  
tū committas. Non nego, inter illos esse  
peccatores, si eos nosti, tuum erit, qui tā-  
ta iustitia & sanctimonia uitæ excellis  
reliquos, illos admonere, ob peccata, in  
quibus iacēt, deterrere, dein uerbo Do-  
mini erigere, ne in desperationem incur-  
rant. Sed horum nihil facis, sīnis Chri-  
sti membrum e: rare & perire. Omnes  
huius oppidi fideles secludis ab tua Ec-  
clesia, quę tamen nō est Ecclesia, sed sen-  
tina sectarū, quum merito tu excluden-  
dus es, & ita, ut hoc calcare ad ueram  
resi-

resipiscientiam stimulareris. Nam scire debes, extra Ecclesiam fidelium neminem saluari. Rogo te per Christum Iesum Filium Dei, dic mihi hoc solùmodo. An uerbum Domini tati honoris & autoritatis apud te est, ut sine respectu personarum uerū audeas dicere & facere? Anab. Quicquid in uerbo Domini expressum, hoc conor sedulo facere. Neque me pudet Christi, & sui Euangeli. Ortho. Bene. Ostende itaq; locum Scripturæ, tuæ separationis. Anab. A Christo id edocti sumus, postquam uero baptismo loti, & quum iuste uiuamus, uitij resistamus, odio prosequimur & occidi mur. Orth. Christus talia, quæ tu facis, nō docuit, uim facis Scripturæ. Propriæ iustitiæ, quæ mera hypocrisy est, fidis, propterea omnes homines satanæ tradis, quasi solus cum tuis regnes in Ecclesia catholica. Satan tibi imponit. Anab. Quod ueram fidem adeptus sim, fratres mei, illius suo sanguine testimoniū dederunt. Orth. Inobedientia, per iurium, seditiones in pericula coniece-

runt fratres tuos, eaq; ob scelera puniti sunt, nō propter Christi Euangeliū. Latro suo sanguine etiā testatur se non bene, sed pessime egisse, alias poena nō afficeretur, neq; ob id sanctior, neq; Deo acceptior, & si plectat crudelissimo supplicio. Cēses tu uiros honestos, probos, iustitię deditos, qui in periurio deprehēti səpius, erroribus uarijs scatētes, qui si delis populi collectionē uilipendūt: Cetera hæc uox cor tuū subdolū manifestat, qua doctrina imbutus sis, & quo dæmonie agiteris. Anab. Nullo dæmonio agitor, neq; fratres mei periuri sunt, et si promiserint se abituros ad alium locū, huic que doctrinæ, quæ sancta est, nō adhæsuros. Id factum esse ex infirmitate fidei scias, quam Dominus postea in illis suscitauit, iussitq; redire ad fratres & sorores, passim cū dolore et tristitia obābulates. Orth. Est ne hoc probi uiri indicū, mētiri, promissa non seruare, tot modis fallere, deinde quod horribilius est, Deum autorem peccati facere? O mores, ô tempora, quæ insania, et impudens os esto.

storum hominum. Anab. Situ tot tor-  
 menta subires, in aere ad horas aliquot  
 penderes, saxo magno grauatus, longe  
 aliter dices, sentires, aliterque faceres.  
 Non dū crucem gustaſti, quam fratres  
 perpetiuntur quotidie. In delicijs uiuſis,  
 mollibus indueris. Ecclesiæ bona deuo-  
 ras, ob id non mirū, afflictis fratribus ni-  
 hil fidei habere. Nōne et Petrus abnega-  
 uit Christū, sed mox amarē fleuit, resipu-  
 itque. Hoc factū ſaepius nostri cogitāt, &  
 si quid humanū patiūtur, ad Deū cōfu-  
 glūt, qui ſuam gratiā illis non denegat.  
 Orth. Periurium ueſtrum per Petri lap-  
 sum defenditis, ô bis miseri. Nōne hoc,  
 est insanire, & os in cœlum ponere? A-  
 nabaptista, Certe et nostri aliquando lo-  
 cum mutant, iuſſi, & quod promise-  
 runt, ſeruant. Pastor, Nullus unquam  
 quos noui ex ueſtra Ecclesia, iuramen-  
 tum datum ſeruauit. Anabaptista, Quę  
 Christus iuſſit, probe custodimus, et ne  
 latū digitū ab illo diſcedimus, dicas tu,  
 quidquid uelis. Nouimus qui uirſies,  
 tot militibus ſtipatus, Si mecum ſolus in  
 ha-

harenam descenderes, mox mihi herbā  
præberes. Orth. Christus Magistratum  
non abrogauit, nihilq; contra illius po-  
testatem aut dixit, aut fecit, quem uos o-  
mnes contemnitis, et illū Christiano no-  
mine indignum censem, qui eo utitur,  
propterea turbas cōmouetis, inobedien-  
tiā docetis, Ecclesiā inquietam facitis. A-  
nab. In omnibus Magistratuī obediui,  
tributū dedi, neminem defraudaui, ne-  
minem interfeci. Sed cū ista Ecclesia ni-  
hil commercij habeo, ob multas causas,  
quas si enumerarē, irriteretis. Past. Cu-  
pis ne instructionem tui erroris & Parati-  
erimus rationem nostrā doctrinā corā  
omnibus dare, nihil populo proposui-  
mus haclētus, quod uerbo Domini nō  
consonum fuisset. Anab. Si aliquid ha-  
betis ex uerbo Domini, quibus me con-  
vincere poteritis, lubens audiam. Eccle-  
siām quāero puram & immaculatam.  
Orth. Sæpius dixi, uarij errores te sedu-  
cunt, peruersos habuisti magistros, qui  
non tuam salutem, sed potius illorū cō-  
modum & gloriam quæsuerunt. Ord  
ne

ne itaq; tractabimus omnia, in quibus  
hæres, quo facilius ueritas elucescat. Di-  
cis tuos fratres fuisse compulsos tortu-  
ris, & tenebroso carcere, ut iurarint se so-  
re obedientes in omnibus, alias non fe-  
cissent periurium. Respondeo, Habitū  
sunt pro iustis & honestis uiris, ob id iu-  
ramentum illis datum, nomen Dei san-  
ctum in testem adsumptum, quo fidem  
suæ abitionis constantissime seruarent.  
Nihil quod Deo contrarium, ab illis ex-  
tortū. Illi autem Deū nihil curant, necq;  
honestæ uitæ rationem habent, sed om-  
nia suis periurijs turbant, euertunt, &  
pessundant. Si, ut obīscitis, sed falso, &  
sine uero intellectu, Christi dictum ex  
Matthæo, uerum apud uos esset et indu-  
bitatum, cur iuratis per nomē Deit: No  
ui dolum. Si rex ditissimus 600000 au-  
teorum donaret, ut unum periurium cō-  
mitteres, ne attingere illos deberes, ta-  
ceo accipere. Ex tuis fratribus notus  
quidam mihi est, qui plenis buccis se ia-  
ctauit, si iuramento non esset admoni-  
tus à Magistratu, se uoluisse obedire,  
cum

cū iussus, detrectasse obedientiā. Quale  
hoc ingenium, perpendite uos Christi  
fidelesne errores isti uobis deinceps im-  
ponant, qui nihil aliud moliuntur, quā  
seditionem ista inobedientia inflamma-  
re. Si abhorreāt ab alijs sceleribus, qui-  
bus eorum secta inundat, iam olim pœ-  
nitentia ducit, resipuiscent. Secundo,  
Christus Iesus suam Ecclesiam fūdauit  
super petram, hoc est confessionem Pe-  
tri, quum diceret Matth. 16. Tu es filius  
Dei uiui. Illa cōfessio est Ecclesiæ funda-  
mentum, qui in illa perdurat, hic Eccle-  
siæ Christi est membrū. Credis hoc? ut  
paucis me absoluā, horæ enim elabun-  
tur, & nox ingruit. Aut aliud fundamē-  
tum habes? Anabap. Qui facit, quæ  
Christus iussit, hic est in illius populo.  
Ortho. Responde ad prædicta uerba,  
an Christus super petram illam ædifica-  
uerit Ecclesiam suam. Et qui eam cōfes-  
sionem ex corde protulerit, an in Eccle-  
sia sit, nec ne. Anab. Ad Petrum Chri-  
stus locutus est, non ad omnes. Longe  
perfectiora, quam solū credere, à Christi  
anis

anis uiris requiruntur, satan siquidem etiam credit. Orth. De uera confessione cordis loquor, quam caro et sanguis nō reuelat, sed pater cœlestis. Hinc apparet uos indoctos esse, & sine intelligētia in Scripturis diuinis uersari. Nec scopus ueræ doctrinæ uobis est cognitus, ad quē collimat pīj, non mirū itaq; uos nihil assequi, de omnibus, quæ uobis à pījs hominibus proponunt. Anab. Peccatores in ista Ecclesia sunt, indigni ut pīj illis cohabitēt. Orth. Christus dū in humana carne nobiscū ageret, lōge dissimilis fuit à uestro instituto. Quem unq; contempsit, quem non allocutus? Non ne cum Samaritana muliere dū apud fontem colloquutus est? Adultera mīstituit. Publicanorum & peccatorū conuiua fuit, illorum ædes ingressus, familiariter eos allocutus, sermonē de Dei regno habens. Et tu fugis hos, de quibus nihil mali uerēscis, sed solum, nescio quid suspicaris, ob externū habitū. Sanctior Christo ne es? Timeo ne multo deterior, quam ullus unq; hypocrita. Tibi ignotū de

de ihs, qui ab æterno præordinati sunt ad  
uita æternâ, hi Christo solu cogniti. Ni-  
hilominus Christus prædicauit, à pecca-  
tis auocauit. Et tu hoc officij detrectas, q  
illius sectator te esse falso iactitas? Ana-  
bap. Hi sunt Christi, qui Christum se-  
quuntur. Et Christus inquit, Estote uos  
perfecti, quemadmodū Pater uester, qui  
in cœlis est, perfectus est. Orth. Omni-  
bus modis seductus es, nihil sanguinem dociri  
næ habens. Eruis loca ex Euangelistis,  
quorum sensum non tenes. Alia res est  
perfectio Christianorum, quæ unius di-  
ei non est opus, sed multorum. Quoti-  
die in agnitione Christi nos oportet cre-  
scere. Augmentum sumimus, si per uer-  
bum Dei purgati fuerimus. Et iustus in  
die septies cadit, & iterum resurgit. Ioā  
nes in sua Epistola dicit, Si dixerimus,  
peccatum non habemus, nos ipsos falli-  
mus, et ueritas in nobis non est. Si confi-  
temur peccata nostra, fidelis est et iustus  
ut remittat nobis peccata nostra, et emū  
det nos ab omni iniuitate. Si dixeri-  
mus, non peccauimus, mendacem facie-  
mus

mus eum, et sermo eius nō est in nobis.  
Ioannes se in numero peccatorum po-  
nit, & tu audes dicere, te esse perfectum,  
sicut pater cœlestis est, o cœlum, o terra.  
Nonne times Deum, ob tam temerariā  
& blasphemam uocem? Tibi ne tantam  
sanctimoniam tribuis, quam nullus un-  
quam sanctorum sibi adscribere ausus?  
Christus multos ad cœnam uocarat, u-  
nus sine uestitu nuptiali, qui multorum  
figuram gerit, ejicitur. Inter decem uir-  
gines quinq; fatuæ erant. Anab. Simili-  
tudinibus nihil probabis, apertum pro-  
fer uerbum. Ecclesia enim Christi est si-  
ne macula & ruga. Orth. Dura & intra-  
stabilia capita similitudinibus sunt e-  
mollienda et docenda, que nudam Scri-  
pturam, aut non percipiunt, aut si capi-  
unt, non seruant, ideo similitudines istis  
utilissimæ. Item Christus reti comparat  
regnum cœlorum, in quo boni & putri  
di pisces capiuntur. Boni seruantur, pu-  
tridi abiiciuntur. Paulus Ecclesiæ habuit,  
in quibus nequaquam talis sanctimo-  
nia, quam tu prædicas, An non Corin-

G thios

thios, qui in resurrectionis articulo, in  
cœnæ Dominicæ institutione & usu er-  
rabat, reprehendit, & Christianum no-  
mē nihilominus illis non detrahit, sed  
benigne salutat, sui erroris admonet:  
Vos miseri homines admonitorem cō-  
spuitis, errores semel imbibitos defen-  
ditis. Anabap. Scio, cui credidi. Permit  
te me loqui semel, diu enim tibi auscul-  
taui. Ortho. Loquere libere, sed ea que  
ad institutum nostrum faciūt, ne tēpus  
teramus. Anab. Est ne Christiana Ec-  
clesia, ubi multitudo populi? Orth. Nō  
ne dixi, qui confitetur Christum filium  
Dei, illū esse in Ecclesia: & si multi mali  
intermixti sint. An non Iudæi populus  
Dei, nihilominus tot mali perpetuo in-  
ter illos inueniebantur. Nobis abscondi-  
tū, quos Dominus ab ēterno elegerit, ne  
que nostrū est ea perscrutari. Anab. Ne  
minem & ego damno, quia id iusti iudi-  
cis est, & si Ecclesiam illam non hono-  
rem, neq; adeam. Verum de decem Vir-  
ginibus similitudinem ego sic intelligo.  
Loquitur Christus de prudentibus &  
inſi-

insipientibus. Insipientes sunt ij, qui in peccatis manent, & si admoneantur, cōtemnunt omnia, ut tempore Noe factū est. Prudentes sunt uerē pīj, qui parant se operibus bonis, & cum Dominus uenerit, ut regni participes sint, et per spōsum intromittantur. Nos prudentes virgines sumus, paratæ Domino obuiam ire. Vos insipientes, uita uestra testis est, non intromitteremini. Orth. Tuis multū tribuis, & nobis omnia denegas. An non & nos omnes damnas? Sis me mor uerborum tuorum. Nos palam est, idem cōcionamur in omnibus templis quotidie, quod bonis uita æterna, malis damnatio obuentura sit. Verum illud, quod tu iam adducis, non solum hic eruendum, sed etiam alia quædam, plus ad institutum Christi facientia. Prudentes virgines sese non separant ab insipientibus, manet cōiuncti, donec dies Domini ueniat. Anab. Cōcedo hoc. Orth. Nihil magis cōtra te facit, qui separatiō nem à reliquis fidelibus instituisti. Si adiectum ab Euangelista fuisset, quod se

separassent ab insipientibus, antequam  
Dominus ueniret, habuisses commodū  
locum ad tuam sententiam stabiliendā,  
& io ante triumphum cantasses. Si fra-  
ter peccat, & admonetur, nec resipiscit,  
dic Ecclesiæ, & excommunicationis ful-  
mine prosternatur. Neq; postea ita uitā  
dus, ut illi resipiscētiæ locus denegetur.  
Si emendauerit se, uita pristina mutata,  
iterū Ecclesiæ annumeretur, ut Corin-  
thiacus ille scortator. Ne iudicetis ante  
tempus, dies Domini omnia manifesta-  
bit. Vírgines tam prudentes quam stul-  
ta, expectauerunt uno in loco spōsum  
uenientem. Ita nos omnes expectamus  
(de Iudeis & Ethnicis hic nihil dici-  
mus) Saluatorem nostrū ē cœlis uenien-  
tem. Quid est non ferre oleū, est sine mi-  
sericordiæ operibus et luce cognitionis  
esse. Si oleum misericordiæ deest, adesse  
cognitio uera non potest. Pono, cogni-  
tionē Scripturarum habeatis, quanquā  
ne lineam quidem uerē interpretari so-  
letis, Charitatē autē negligatis, ut Pau-  
lus dicit, estis uola tinniens, Anab. His  
non

Non repugno. Orth. Paulus hic de hæretorum charitate non loquitur, nam & latrones & fures se inuicem diligunt. Paulus uult, ut nullæ segregationes fiāt in populo Dei, sed sit unum corpus & illud integrum, non in uarias partes scis sum. Virgines stultas nemo excludit, nisi si Dominus. Ecclesia omnes fert, quum scelera iron sint aperta. Oro te, hoc non semel dixit; si Christus aliquid ponderis in corde tuo habet, ut te ab illis, q̄ Christum confitentur, non disiungas. Zizania tu uis euellere, paleas à tritico segregare, quod tibi non est commissum, Angelorum opus erit in extremo die. Sinit Dominus crescere, et tu permittes, si domini es. Nescis, quid in corde hominis latet. Qui hodie peccator, cras emendat uitam. Dominus lumē fumigans nō extinguet, neq; arundinem comminutam confringet, iuxta Esaiæ dictum. Infirmi in fide curandi sunt, non abiisciendi, nō satanæ tradēdi, nescis, cuius spiritus sis. Vis esse perfectissimus, quum nescias, quid sit uera perfectio. Anab. Illos non

contemno. Orth. Hoc plus millies à te  
audiui. Sed qd hoc est aliud. Nolo quic  
quā uobiscum commercij habere, quā  
arundinem quassatā cōfringere, Eccle  
siam Dei contemnere? Pa. Ostende ali  
quem uera fide præditū, qui erret in do  
ctrina salutis ex meis ouibus à Deo cō  
missis. Anab. Ex fructibus agnoscitur  
arbor. Ab initio dixi, scortatores, adul  
teros, aleatores fertis in Ecclesia uestra.  
Pa. Nomina talē, qui his uitijis laboreb.  
Deo laus, neminem profers. Cur taces?  
Circūspice omnes, qui adstant. Sic ap  
paret te parcere ueritati. Fortassis hæc  
mēdacia ab alijs accepisti, aut ita nostrā  
Ecclesiam ignominia ea conspurcare ti  
bi uisum est. Orth. An nō uerbo Domi  
ni pastor ille hæc uitia publice arguit?  
Anab. Nescio. Orth. Cur igitur pronū  
cias in re incognita? Anab. Cur non ex  
cutit puluerem pedum suorum, & abit  
ad alios? Past. Non conuicisti tales esse.  
Orth. Erras etiā in hoc dicto. Apostolis  
dictum est, nō Pastoribus, ut excutiant  
puluerem calceamentorū suorum, si do  
ctrina

Crina illorum, quam adferebant, nō fu-  
 isset assumpta. Nō dubito Pastorem no-  
 strā Ecclesiæ, si principio Euangelium  
 non fuisset receptum, more apostolico  
 abitū maturasse. Quum autem uerbū  
 Domini, quod illis proponit, audiunt,  
 apud eos manet, licet quidam reperian-  
 tur peccatores, conscelerateque uiuant.  
 Hieremias mansit in Hierusalem, & Ia-  
 cobus Apostolus. Ambo hi etiā cōcio-  
 nati sunt Iudæis, neq; suos, ad quos mis-  
 si dereliquerunt. Nam boni nō sunt de-  
 serēdi propter malos. Hieremias etiā  
 in Hierusalem uixit, & clamauit in ipsa  
 oppugnatione, et si nihil p̄ficeret. Do-  
 minus ubiq; suos habet. Nescis adhuc  
 inter Apostolum & Pastorem discrimē-  
 esse; Pastor apud oues manet, easq; pa-  
 scit uerbo Domini, educit & reducit, &  
 illæ uocem eius audiunt, & sequuntur,  
 quoconq; eas duxerit. Vos uultis plus  
 sapere, quam ipse Christus, quam ca-  
 tholicæ Ecclesiæ patres. Morbidam ouē  
 querit Pastor, & curat, dein ad caulem  
 reducit, alijs iterum adnumerat, non

fugit à morbidis, ne & sanæ uitientur.  
Cur non ad Christum respicis potius,  
quam ad male sanos homines, qui hoc  
tam præsentissimum virus instillant?  
Cupimus æquè saluari, ac tu & tui simi-  
les. Hic præcipuus morbus Anabapti-  
starum, omnes homines damnare, naso  
suspendere, seipso in locum Dei pone-  
re, sanctitatem hypocriticā factare, ex-  
terna specie fallere, ocium amare, domos  
viduarum deuorare. Anab. Pastor no-  
ster uult omnes cogere, et compellere in  
Ecclesiam, & ut participes coenæ Domi-  
nicæ sint, rogit perpetuo, mandatoq; in  
hoc extorto, ut periculum sit illi, qui mē-  
sam suam negligit. Orth. Habet gladiū  
uerbi Dei, quo uitia enata purgat. Mini-  
tatur malis & impenitentibus electio-  
nem, & tādem damnationem, bonis au-  
tem promittit uitam æternam, neq; est  
in manu sua saluos facere. Scio, quid  
hic obijciatis, illud nēpe, Quibus sacra-  
menta communicanda, n̄ prius probē-  
tur, & illorum uita excutiatur. Id publi-  
ce facit & priuatim. Noui deniq; quos-  
dam

dam per illum admonitos esse, sacramē  
 tisq; ad tempus aliquot priuatos. Qua-  
 re igitur innocentem pastorem ita tra-  
 ducis: Olfacio, quid uelis, loqueris de  
 tua Ecclesia & ablutione. Anab. Volūt  
 omnes ad mensam poena constituta adi-  
 gere. Past. Neminem hactenus coegi-  
 mus. Iudas nolumus, testes erūt omnes,  
 qui adstant. Magistratum nostrum ex-  
 cuseare oportet, qui neminem hactenus  
 coegit, sed suo officio à Deo dato con-  
 tra malos utitur. Ab illis, qui dissidia in  
 Ecclesia commouent sua negligentia,  
 rationem requirit, idq; iure diuino fa-  
 cit. Cœnæ Dominicæ contemptus spe-  
 cimē de se dat, quod Christi passionem  
 parum cureret. Christus enim dicit, Hoc  
 facite in mei memoriā. Irrisores huius sā-  
 ctæ cœnæ per Magistratum esse puniē-  
 dos, nemo dubitat. Ad Ecclesiam com-  
 pellendi sunt pigri et ociosi homines, ut  
 audiant Dei uerbum, & illud seruent,  
 atque meliores fiant. Paterfamilias ne-  
 minem in domo sua ferre debet, qui nol-  
 let orare Deum inuocare, Ecclesiam

adire. Nemo cor instruere aut mutare potest, nisi Deus, nihilominus uerbum Domini prædicandū, & Domino omnia cōmittenda, q̄ semen iactū uisificabit. Si cœna peragenda est Dominica, peruersi isti homines dicunt, Non aptus sum nunc tēporis hac mysteriorū parti cipatione, expesto spiritus uim. Cur in eptus es, an inuidia laboras erga proximū, aut alio scelere es imbutus, aut erro ribus implicatus? Indignus certe illa sācta Domini cœna, si his uitijis mades, quæ requirit, ut homo seipsum probet, ne corporis & sanguinis Domini reus fiat. Qui in errore est, & permanere uult uitādus est, & quia cōtemptor est cœnæ Dominicæ, ob id puniēdus à Magistra stu, tanq̄ blasphemus. Item illud obijci ūt: Si hoc tēpore nō accedo, satis opportune uenturus sum, quū religio me ce pit. Quando uis accedere, ad Calendas Græcas, aut in scenili frustū panis arro surus es cū fraterculis tuis? Siles ne? Aut dic, solus ne, uel cum paucis in angulo, an cū reliquis Christianis, qui publico in

in loco conueniunt, ea mysteria accipi-  
es: Olfacio, quid illi instituāt. Domi ab  
sumunt portiunculam panis cum fratri-  
bus & sororibus ob id synaxim publicā  
prætereunt. Hoc habet putridum fun-  
damentum, quærunt cuniculos latitan-  
di, ne prodantur. Neminem hactenus  
coegimus. Nolumus enim Iudas in Ec-  
clesia habere, et cauemus, quantum pos-  
sumus ab illis. Voluntaria opera quæri-  
mus, non coacta. Etsi nulla poena cōsti-  
tuta non sumentibus, attamen Christia-  
nus id, quod Christus illi in consolatio-  
nem instituit, nullo impellēte faciet. A-  
nab. Vbi Christus iussit aliquē adigere  
ad sacra, uel ad credēdū: Orth. Christus  
docuit populū uerbo, idē faciūt et pasto-  
res. Tēpore Christi nullus Christianus  
Magistratus fuit, fideles sub Ethnicorū  
cōstitutionib. uiuebāt. Nunc alia res est  
cū Christiana sit potestas. Anab. Quid  
opus Magistratu, si omnes Christiani es-  
semus: Orth. De re impossibili loqueris  
Nunq̄ talis populus, q̄ ab omni macu-  
la peccatorum purus sit. Cur igitur hoc  
in

in medium adducis? Erit autem sic in  
beata uita, cum Christus 1. Cor. 15. sub-  
laturus est omnem principatū. Anab.  
Talem uitam & in hoc mundo deside-  
ro, quam nos instituimus. Ortho. Falsa  
spe lactaris. Anab. Christiani sancte ui-  
uere debent & inculpate, dum hic sunt  
in mortali corpore, alias Christiano no-  
mine indigni. Orth. Prorsus ita esse, mi-  
hi non persuadebis, noui siquidem qui-  
bus peccatis obruti sitis. Apud Christia  
nos Magistratū à Deo cōstitutum esse,  
negare non audes, alias Scripturis con-  
tradiceres. Boni ab illis defenduntur, et  
mali poena afficiuntur. Qui se ab Eccle-  
sia segregant, in syluis & speluncis con-  
uenticula constituunt, omnia in contē-  
ptum Christiani populi & Magistratus  
agunt, hi acerrime puniendi. Anab. Si  
quis cogitur ad rem aliquam, modicam  
ostendit charitatem. Ortho. Crucem fa-  
cinosorum probus inspicit, quæ in a-  
gro posita est, neq; ob id terretur, neq;  
compellitur ad bene agendum, & si crux  
nulla esset, nihilominus bene ageret. Si  
uos

Vos sine carne essetis, nemo uestræ sententiæ repugnaret. Anab. Maceranda & mortificanda est caro, abstinentia & ieiunio. Gladius Domini est uerbū ipsius. Orth. Obedientia à uobis requiriatur, propterea leges à Magistratu latae. Qui contemnit congregationem fideliū, dignus pœna ob illum contemptū & inobedientiam. Possem ego ferre aliquem, qui raro ad cœnam Domini ueniret, si iustas causas haberet sua defensionis, qui se ab alijs nō segregaret, proprium cultum Dei non institueret. Quāuis ueri Christiani proni sint ad omnia, quæ Christus iussit peragenda. Anab. Tamen Iudæos fertis. Orth. Comparas te et tuos Iudæis. Probe dicis, sed hoc relinquo. Vis nosse, ubi Paulus iubat illos aevorios punire. Anab. Cōcedo obediēdum esse, sed non in omnibus rebus. Ortho. In uia manebimus. Iusto nō est lex posita. 1. Timoth. 1, sed iniustis & in obsequentibus, impijs & peccatoribus, aevorios nō habentes. Qui sacramēta, quæ Deus instituit, irreuerenter tractat, mul-

et an-

Standus est à Magistratu Christiano, tā  
quam blasphemus & prophanus. Sa-  
cramentorū igitur contemptor effuge-  
re pœnam nō debet. Lex enim propter  
illos irreuerentes data est, ideo & pot-  
estas gladium contra illos stringat. Segre-  
gatio illa à reliquis Christianis, indicat  
erroneum spiritum, qui omnes Deior-  
dinationes bonas floccipendat. Pastor,  
An parens tuus, cupio id ex te scire, ma-  
le egit, qui nobiscum hoc anno sacra-  
mēta accepit? Anabap. Pater meus est;  
idque fateor īgenue, sed non est meus  
frater, quia non eiusdem fidei. Ortho-  
Frustra laboramus cum ijs, qui etiam  
parentes suos satanæ tradunt. Necq; mi-  
rum, quum & Christo & uerbo eius in-  
sidiās struant. Past. Nonne etiam hoc se-  
men pestiferum seminas? Dicis enim te  
nolle latronem, qui multos occidisset;  
etiam si posses, capere. Anab. Dixi, &  
iā dico, Neminem dum uiuo, capiam.  
Non sum lictor. Volo bene facere, idq;  
iussus sum à Christo. Quē unquā Chri-  
stus uel Apostoli ceperunt? Nullū da-  
bitis.

bitis. Orth. Peruersum habes animū & superbū, admonitionem sanā non admittis, ideo insanire te, & cū diuinis līte res ludere necesse est. Nolo quicquam ad ea respondere, Puer intelligit hominē istum insanire. Past. Si Magistratus noster mandaret, ut Domini cīs tantum diebus Ecclesiam nostram adires, uelles ne obediens esse? Anaba. Nolle, nisi aliter uiuāt. Aquam baptismi accipiāt, si hoc fecerint, non opus erit mandato compellere, Spīritus sanctus me concitat, ducetq; ad Ecclesiam sanctorum. Past. Turcæ, si fideles communi uoto pellere è finibus Christianorum conarē tur, esses ne auxiliū illis laturus? Anab. Nequaquam. Oratione pellendus est, nō armis, cōtra piōs nihil potest. Est flagellum Dei contrā impios, papales larvas, & nouos Euangelicos. Orth. Nihil efficiemus, et si totā hebdomadā cum isto homine insumeremus. Infectus est non uno errore, sed pluribus. Past. Ad huc unū te interrogabo. Cur iuramentum, quod omnes prestant Magistratū legi-

legitimo, contemnis? Anab. Quia est  
tra Deū. Past. Indica Scripturā. Anab.  
Sæpe indicata est ex Euangelijs & Epi-  
stola Iacobi. Bene nosti, ubi scriptum  
sit. Si uellem ego Deum et uerbum eius  
pernegare, mox uobiscum cōsentirem  
in omnibus, quæ uultis, sed nolo. Spir-  
itus Diuinus aliter me docet. Orth. Do-  
minus iussit iurare, & prohibuit etiam.  
Nemo falso iurare debet. Pius prius mo-  
rерetur, quam à uera iustitia defleceret.  
O dilecti in Domino, uerum est, Chri-  
stus Matth. 5. Cap. dicit, Nolite iurare.  
Sed præcedentia huius capitüs negligē  
da non sunt, quibus genuina sententia  
horum uerborum aperitur. Dicit, Ne  
existimetis, quod uenerim ad destruen-  
dam legem aut Prophetas, imò non ue-  
ni, ut destruam, sed ut compleam. Amē  
quippe dico uobis, donec prætereat cœ-  
lum & terra, iota unum aut apex nō pre-  
terierit ex lege, quo ad omnia facta fue-  
rint. Pharisei dum solum externa iusti-  
tia occupati, neglecta interna, à Christo  
hic reprehenduntur, Hi enim permitte-  
bant

bant per cœlum & Hierusalem iurare,  
 & si non seruarent, quod iurarunt, non  
 erant periuri, si nomē Dei nō nominas-  
 sent. Fidele cor Deus requirit, in quo  
 non est dolus, & qui dolo caret, neminē  
 in promissis fraudat. Si dico, Nouit Do-  
 minus, Ea uoce non inhonoro Deum,  
 sed potius honorē illi, non mihi tribuo.  
 Nec inhonoratur Deus, si iuro, quum  
 Magistratus id exigat. Nam etiam Di-  
 uus Paulus iurauit non semel. Deus ag-  
 noscendus ut iudex omnium. Si dico,  
 Domine, cui corda omnia manifesta, tu  
 dabis testimonium me uera loqui, Quis  
 hoc reprehēdet? Nemo, sana præditus  
 mente. Christus autem cum uidisset ma-  
 litiam Iudæorum in iurādo, illos docet,  
 id quod res erat, non tollens iuramen-  
 tum, sed uerum cōstituens. Externa spe-  
 cies, cum aliquid promitterent, aderat,  
 sed interna deerat. Fallebant quosvis  
 sub prætextu religionis, quemadmodū  
 & uos, qui neque Non, neque Ita serua-  
 tis, fallitis. Hoc est contra Dei uerbum  
 agere. Præuenit Christus Iudæos suo re-

H spon-

sponso, quum dicit, Non ueni soluere legem. In lege iurare per nomē Dei permissum. Deus mendacem pro periuro habet. Neque hic Christus contra iudicces, neq; contra Magistratum quicquā statuit. Anab. Nihil efficietis apud me his cauillis, nuda & expressa Christi habeo uerba, ijs inhærebo, donec uiuam. Illi plus credo, quam uobis uulpeculis. Ortho. Prius admonui uos omnes, me frustra hoc saxum uoluere cum obstinatis istis animis, qui occalluerunt in malitia. Vos admoneo, cauete ab illis, in quibus nulla emendandæ uitæ spes est. Abigite illos ex agro uestro, ne simpliciū animos peruersa ista doctrina seducat. Hoc enim genus hominum non quietiscit, irrepit clanculum suo ueneno in dominos uiduarum, quas & inficiunt. Dominus nobis omnibus spiritum suum largiatur ad omne bonum. Sicq; discelsum est. Anabaptista domum repetit, quem cohors anabaptistica domi expeterat dubia & anxia, quem nam finē hoc colloquium habiturum esset. Necq; melior

melior postea factus hic Anabaptista,  
sed peior & nocentior, quam unquam  
fuerat.

*Aliud colloquium cum Anabapti-  
sta & Orthodoxo, Anno 1532.*

In carcere Anabaptista hebdomadis  
bus aliquot detentus, ob uarios errores,  
quos constantissime defendebat, cum  
quo habitum colloquium à pījs uiris, nī  
hil omnītentib. quod ad illius institutio-  
nem facere posset. Orthodoxus frater di-  
cebat, In anabaptismo es deceptus, ue-  
rum Christi sensum eruam, si aures mi-  
hi uis præbere. Anabap. Non opus ha-  
beo instructione, plus spiritui credo,  
quam tuis cauillis. Ortho. Quid si te in  
hoc articulo errare declararem? Anab.  
Nonne audis me obsignatum Spiritū  
sancto, ut errare non possim. Orth. Estis  
ne uos Anabaptistæ membra Ecclesiæ  
Christi? Estis ne per Christum redēptis?  
Anab. Christi sumus mēbra, uirtuti ma-  
gnopere studemus, & mirum, quod nos

ita male audimus à uobis, quorum esset  
religionem ueram plantare. Ortho. Ve  
ra Christi membra, se à solido corpore,  
quod est Ecclesia, non auellunt, sed fir  
missime cohærent reliquis, putrida mē  
bra curant. Hoc uos negligitis. Anab.  
Licet ab omnibus uobis odio prosequa  
mur, nihilominus Deus nos custodit in  
medio inimicorum. Prospere succedunt  
nobis omnia. Hactenus tutus fui, &  
tranquille in agello meo uixi, Deo me  
defendente mirabiliter. Ortho. Nescis  
Deum immortalē cōfuesse, hominibus  
quos pro scelere eorum ulcisci uelit, his  
secundiores interdum res, & diuturnio  
rem impunitatem concedere. Grauita  
tem pœnæ tandem compenset. Inuitat  
Deus uos sua longanimitate ad poenitē  
tiam, si frustra omnia tentata fuerint, o  
mnino peribitis absq; dubio. Anab. Ni  
hil malū cōmittimus, quare timore per  
celleremur de diuina ultione; Illa nos  
non attinget in præsentia, si ita manserit  
mus in illa perfectione, quā iuxta Chri  
sti dictum incepimus. Si omnino non  
possu-

possimus uobis cum cohabitare, idem  
nobis est faciendum, quod eremitæ fe-  
cerunt in Aegypto, ut domo emigre-  
mus, aliud domicilium, alias sedes re-  
motas à uobis petamus, fortunamque,  
quæcunque accidat in rebus externis, ex  
periamur. Orth. Arrogantiam tantam,  
& tantos sp̄iritus quis credidisset in A-  
nabaptistis esse? Ferenda hæc secta diu  
non uidetur, & quam maturime occur-  
rendum, ne ulterius serpat, prouincias  
totas suo ueneno perdat. Anab. Salutē  
omnib. qui ad nos accedunt, tribuimus,  
egrotos sanamus, Christiane uiuere do-  
cemus. Orth. Quales Di⁹ ex anabapti-  
stica colluuię prognati nobis sunt. Re-  
linquamus illos, in quibus nihil sani est.  
Admonitionem & instructionem uera  
in fide nec uolunt, nec ferre possunt, a-  
deo obdurati sunt, & in sensum repro-  
bum dati, de quibus Iudas Apostolus.  
Obiter enim, inquit, subierunt quidam  
homines impij, qui prius descripti fue-  
rant in hoc iudiciū, qui Dei nostri gra-  
tiam transferūt ad lasciuiam, ac Deum,

420 DE CATABAPTISTARVM  
qui solus est herus, ac Dominum no-  
strum Iesum Christum negant, & cæt.  
Et quum pius pastor admonendo non  
desisteret, tandem eò pertinaciæ uenit  
Anabaptista, ut ne uerbulum ex ore il-  
lii audisses, mutus omnino etiam per-  
mansit, donec abduceretur iterū in car-  
ceris tenebras.

*Doctri eiusdam institutio contra  
catabaptisticas insanias.*

Discip, Ergo baptismus ad salutem  
necessarius est; Præcep. Quid ni? Chri-  
stus enim Ioannis 3. iure iurando adstru-  
it, neminem ingressurum in regnum Dei,  
ni si ex aqua & Spiritu renatus sit. Nam  
quod ex carne natum est, caro est. Caro  
autem & sanguis (hoc est corruptio illa  
naturæ nostræ, ex peccato contracta, ut  
**exponit Augustinus Episcopus 146)**  
regni Dei hæreditatem consequi non  
possunt, 1. Cor. 15.

Hinc Apostolus lauacrum regenera-  
tionis uocat baptismum, quia lauamur  
in eo, per sanguinem Iesu Christi à pec-  
catis omnibus, originali & actualibus.  
Et

Et renascimur, nouaq; in Christo crea-  
tura efficimur. Quę omnia fiunt meritis  
et gratia Christi, in fide uerbi. Disc. Cur  
dixisti nos in baptisme renasci & re-  
nouari? cum etiā baptizati habeant ad-  
huc uetus statem aut concupiscentias, i-  
rascuntur, superbiunt, & intus in corde  
sentiunt malos affectus grassari. Præc.  
Scriptura docet, cui omnino credendū  
est, omnia peccata in baptisme nobis  
penitus remitti. Cæterum concupiscen-  
tia illa adhuc in baptizatis furit, sed per  
Spiritum sanctum reprimitur, & paula-  
tim restinguitur, non tamē omnino ab-  
oletur, usq; ad mortē. De qua est elegās  
Augustini uerbum Lib. 6. contra Iuli-  
anū, Remittit concupiscentia carnis in  
baptismo, nō ut non sit, sed ut in pecca-  
tū non imputeat. Disc. Cur id? Præcep.  
Quia Christū induimus, ppter quę me-  
diatorem illud peccatū nobis ignoscit.  
Et Christus nobis in baptismo Spiritū  
sanctū dedit, q; contra hanc concupiscē-  
tiā assidue pugnat, & eā extinguere nitit.  
Ita sumus renati, q; a habemus spiritū

Christi, & reputamur iusti, & noui propter fidem Christi, resistentes concupiscentiæ carnis, donec opus baptismi omnino perficiatur in resurrectione. Discip. Nunc intelligo, cur parentes tam festinanter infantes Ecclesiæ baptizandos offerunt. Persuasum enim habent eos alia ratione non saluari, nisi per lauacrum regenerationis. Præc. Sane intelligis. Sic enim Augustinus ait De Origine animæ ad Hieronymum, Cū baptizandis paruulis festinatur, & curritur, quia sine dubio creditur, eos aliter in Christo uiuificari omnino non posse. Qui autem non uiuificantur in Christo, restat ut in ea condemnatione maneant, de qua Apostolus Roma. 5. Per unius delictum propagatum est malum in omnes homines ad condamnationem. Ldem sentiunt cæteri quoq; Orthodoxi. Cyprianus libro Epist. 3. Epistola 8. ad Fidum, Gregorius Nazianzenus in Oratione De sancto Iauacro. Disci. Quid igitur sentis de Anabaptistis, qui contendunt, paruorum baptismus esse inutile.

utile. Præcep. Hæretici sunt à diabolo  
infatuati, mente corrupti, reprobi circa  
fidem. Scripturas enim obcæcati nō in-  
telligunt. De quibus Ezechiel Cap. 13.  
Veh Prophetis insipientibus, qui sequū  
tur spiritum suum, & nihil uident. Disc.  
Quomodo probant hoc erroneum do-  
gma de paedobaptismate. Præcep. Sic  
delirant. Baptizandi sunt, qui credunt.  
Pueri nihil credunt, aut sciunt. Scriptu-  
ra non iubet baptizare pueros, eiusque  
rei nullum habet exemplum. Non sunt  
igitur baptizandi pueri. Discip. Quæ-  
so, confuta has rationes, ne & ego h̄s de-  
cipiar. Præcep. Perlibenter. Tāto enim  
magis pro infantibus nos loqui debe-  
mus, quāto minus ipsi pro se loqui pos-  
sunt, ut ait Augustinus ad Hilarium E-  
pistola 89.

Primo igitur, quis Anabaptistarum  
nouit, infantes credere non posse? Non  
ne super redubia ædificant suam fidē?  
Quum maxime sit probabile, infantes  
credere posse, quod tibi in præsentiarū  
duntaxat unico syllogismo ostendam

H 5 in

in tertio primæ.

**D**A Omnes Deo placentes credunt.  
Nam impossibile est placere Deo sine fi-  
de, Hebr. 11.

**R**I Paruuli ad Christum allati placent  
Deo, Marci 10. Sinite paruulos ueni-  
re ad me. Vbi eos in ulnas accepit, &  
benedixit Christus benedictum se-  
men Abrahæ, hoc est, peccata dimi-  
sit, in gratiam Euangeliū assumpsit.

**I**Ergo paruuli allati ad Christū credūt.  
Nolo excutere nunc, cuiusmodi sit  
haec ratiocinatio, tātum ostendo, quām  
stupidi sint Anabaptistæ, qui super ha-  
rena huius propositionis nondum pro-  
batæ, Pueri credere non possunt, ædifi-  
cant ruinosum ædificium illius dogma-  
tis pestiferi. Puerorum baptismus in pa-  
patu inanis est, ergo rebaptizandi su-  
mus.

Certe non audent asserere, infantes  
Spiritus sancti capaces nō esse. Quod si  
Spiritum sanctū accipere possunt, quid  
nos impia curiositate quærimus, quo-  
modo Spiritus sanctus, quippe Deus o-  
mnis

mnipotens, fidē in pueris operetur? Cū legamus Lu. i. infantulū Ioaninē Bapti-  
stam, Spiritu sancto operante, ad saluta-  
tionē Deiparæ virginis in utero mater-  
no salīsse. Quod ego nō tantū corporis  
motū existimo, sed mentis admirationē  
etiam & reuerentia, intelligentis adesse  
iam Messiam mūdi Saluatorem, in pro-  
phetis promissum.

Idem sentit Ambrosius super 1. Cap.  
Lucæ, cuius uerba sunt, Sanctus Ioan-  
nes matris adhuc in utero positus, Spir-  
itus accepti gratiam designauit, nā in u-  
tero parentis exiliens Domini euange-  
lizauit aduentum, qui Mariæ salutatio-  
nem, antequam nāceretur, audiuit. Ha-  
bebit intelligendi sensum, qui exultādi  
habebat affectum.

Præterea nihil dubito, generali hoc  
mandato Matth. ultimo, Eūtes ergo do-  
cete omnes gentes, baptizātes eos in no-  
mine Patris & Filij & Spiritus sancti,  
docentes eos seruare omnia, quæcunq;  
præcepi uobis, etiam infantes compræ-  
hendi. Nā si nostri infantes sunt gentes,  
quis dubitat eos comprehendic?

Quod autem non possunt statim doceri mysteria fidei, baptismum non prohibet, docentur enim, dum doctrinam capere per aetatem possunt. Nec enim Evangelista hic ordinem prescribit, quem servare in omnibus oporteat.

Docere & baptizare debemus, sed docere dum licet, adultos ante perceptionem sacramenti baptismatis, pueros autem iam baptizatos. Quemadmodum olim in circumcisione actum est, ubi infantes primo circumcidebantur, deinde docebantur legem, ut patet Deut. 4. & 31.

Quod si libet omnia in hoc textu tanquam ex parte expendere, dicamus his Evangeliam iubere, ut Apostoli doceant, et intelligamus primum de adultis, secundum de infantibus. Sed quid his opus? Marcus Cap. 1. non obseruat hunc ordinem Anabaptistarum, dicens, Baptizabat Ioannes in deserto, praedicans baptismum penitentie in remissionem peccatorum. Si urgent ordinem, videant hic primo baptizari, deinde praedicari aut doceri.

doceri.

Deinde quis dubitat, infantes à parentibus ad Apostolos esse adductos, ut & ipsi in communionem Ecclesie recipierentur? Cum antea ad Christū sint adducti, & Christus tam serio iusserit, ut Apostoli infantes ad benedictionem accipiendam admitterent, & non arcerent, Marc. 10, cui præcepto Dominico paruisse postea Apostolos nemo pius dubitat.

Et uetus testatur Ecclesia, baptisma infantium ab Apostolis profectum. Origenes, qui uixit anno Domini 244. ad Rom. 6 scribit, Ecclesia ab Apostolis traditionem accepit, etiam parvulis baptisma dare. Sciebat enim illi, quibus mysteriorum secreta commissa sunt diuinorū, quod essent in omnibus genuinæ sordes peccati, que per aquam & spiritum ablui deberent.

Augustinus super Gen. Lib. 10. Capite 23. Consuetudo matris Ecclesie in baptizandis parvulis nequaquam spernenda est, nec ullo modo superflua deputanda

putanda, nec omnino credenda, nisi a postolica esset traditio. Quid multa? Baptismus infantium ubique in Orthodoxis uerutissimis, Hieronymo, Ambrosio, cæterisque testimonia habet.

Quare patrum Orthodoxorum & Ecclesiæ fidem sequitor, & satis tutus eris. Cave a falsis prophetis, qui ueniunt in uestitu ouium, id est, citant etiam Scripturas, sed depravatas, & habent speciem pietatis. Volunt haberi Christiani, sed intus sunt lupi rapaces, hoc est, conantur decipere falso Scripturæ sensu, ut expōnit Tertullianus, a fructibus eorum cognosces eos. Male docent, & impie uiuunt, & si utruncque mirabili hypocrisi tegant. Et nunc Anabaptistæ noui Donatistæ, & noui Circumcelliones, qui prætextu Euangelij disturbant coiugia, res publicas, & ubi admittuntur, deuastat Ecclesias. Tales & Augustini tempore in Africâ graſſabantur in Ecclesiam, nostris fanaticis simillimi, quippe eodem spiritu acti. Discip. Christus præseruet nos

dos ab omnibus dogmatibus erroneis.  
Præcep. Amen. Sed nunc quo fias contra Catabaptistas instructior, audi syllogismum, quo paedobaptisma firmissime probatur.

1 Ad quoscunque pertinet promissio gratiæ & regni Christi, uel quicunque meritorum Christi participes esse possunt, aut à Deo in foedus gratiæ semperiternum admissi sunt, idem sacramentum initiatorium illius foederis accipere possunt, & debent.

2 Sed ad infantes pertinet promissio gratiæ & regni Christi, &c. Ergo.

3 Baptisma infantes accipere possunt, & debent.

Maiorē syllogismi nemo sanæ mentis negat. Quibus enim Deus tē sacramenti, hoc est gratiam, redemptionem per Christū factam, remissionē peccatorum, iustitiā & uitam in Christo, per baptisma sacramentum significatam largitur, sicuti proculdubio infantibus ab Hero de occisis largitus est, ijsdem non uult adi-

adimicantæ rei sacramentum, iustitiae signaculum, Act. 10.

Maiores probo bifariam, primo ex ueteri Testamento per prophetam Mo sen Gen. 17. Vbi discimus circumcisio nem hoc fuisse Iudeis, quod iam baptis mus est Christianis omnibus. Quid igitur erit circumcisio? Signum sempiterni foederis gratiæ inter Deum & Abrahā, ac semen Abrahæ. Promittit enim Deus gratiam suam Abrahamo, quod uelit Deus esse Abrahæ & seminis eius. Sic enim ait, Statuam fœdus inter me et te, & inter semen tuum post te in generationibus suis, ut sim Deus tuus & semini tui post te.

Vbi clare docemur, quod Deus nō solum Abrahamum receperit in fœdus gratiæ, sed & prolem Abrahæ, quam similiter saluare uolebat. Ideo dabat infâtilibus signum foederis illius, nempe circumcisionem, quæ erat certum promissæ gratiæ signum & promissi seminis benedicti, nempe Iesu Christi, in quo benedicendæ sunt omnes gentes terræ.

Paulus

Paulus signaculum iustitiae fidei appellat Rom. 4. Porro ne quis putet hanc tam ineffabilis gratiae promissionem ad Iudeos tantum pertinere, Apostolus nominat Abraham patrem omnium credentium uel Christianorum, & Iudeorum & Gentium.

Obserua autem puer, firmum esse argumentum à circumcisione ad baptisma. Nam eadem est significatio utriusque sacramenti, idem finis, eadem res, tota enim Ecclesia sic sentit. Sicut olim circu cidebantur non solum adulti, sed etiam infantes, ita et nunc baptizandi sunt infantes. Idem enim est Deus, idem gratia foedus, signa tantum sunt diuersa. Eadē certe res semper quæsita est, nempe gratia per Christum, mortificatio carnis, iustificatio, remissio peccatorum, regenerationis, circumcisio aut mundatio cordis. Multa sunt nomina, uaria signa, sed res eadem. Non enim eadem signa esse debebant gratia Christi, in ueteri Testamento ante incarnationem Christi, & post incarnationem eius. Ita Augustinus

nus Lib. 6. contra Iulianum Pelagium Capite 3. connectit circumcisionem & baptismum, tanquam eiusdem rei sacra menta dicens, Sacramentum circumcisionis in figura præcessisse baptismum quis uel mediocriter sacris literis eruditus ignorat? Cum apertissime de Christo dicat Apostolus Col. 2. ad Christianos, Circumcisisti estis circumcisione, quæ fit sine manibus, dum exuistis corpus peccatorum carnis, per fidem operatio- nis Dei, qui excitauit illum à mortuis. Hic uides baptismum esse circumcisio- nē nostram. Quod enim carnis circuclio olim significabat, nempe cordis cir- cisionē, aut puritatē, Deut. 10 & 30, hoc nobis significat, & præstat baptismus, quia datur Spíritus sanctus, qui fide cor da purificat, Act. 15.

Dein probominorem syllogismi, per ipsummet Christum in nouo Testamēto præsentem, & sic loquentem de pueris, Marci 10. Sinite paruulos uenire ad me, nec prohibete illos, talium enim est regnum Dei. Amen dico uobis, quicun que

que non acceperit regnum Dei tanquam  
parvulus, haud quaquā ingredietur in  
illud. Et cum cepisset illos in ulnas, im-  
positis manib. super illos, benedixit eis.

Consolantissimum hoc Euangeliū  
Ecclesia hactenus recitauit in cerimo-  
nia paedobaptismatis, ubi aperte vide-  
mus, infantes à Deo Patre diligī, à Filio  
redimi, à Spiritu sancto sacrificari, eoque  
regnū Dei ad eos pertinere, eosque iam &  
que cum adultis esse in fœdere gratiæ in-  
ter Deum & nos, atque olim in Iudaismo  
infantes erant.

Nisi Pelagiani Anabaptistæ, hostes  
Christianæ gratiæ, contendant gratiam  
Christi, in nouo Testamento nūc restri-  
ctam parcus dari, quæ olim in Iudaïs-  
mo effusior fuerit. Verum Christianæ  
aures hanc blasphemiam non ferent.  
Christus enim omnium Saluator est, eti-  
am infantū, nō solum adulorū. Si pri-  
us Adam sua inobedientia tantū potuit  
perdendo, ut unius peccati ueneno, uni-  
uersum genus hominum interficerit (te  
statur enim Scriptura quoque infantes

cū peccato originali nasci , reosq; moris esse) Quis Christianorum dubitabit plus præstissime Christum reparādo , ac saluando per suam obedientiam , qua infantes & adultos mundat , & iustificat.

Nunc uide clarissima testimonia gratia Dei erga infantes . Marci 10, Sinite, inquit, paruulos uenire ad me. Quid obsecro , infantes apud Christum agebāt? Quod infirmus apud medicum, peccato enim originali sunt infecti ab utero. Cur autem Christus in mundum uenerat: Respondet Paulus 1. Timoth. 1, ut peccatores saluos faceret , proculdubio originali & actualibus peccatis sordidatos. Quid apud Christum quærebatur? Ipse benedictū semē Abrahæ est. Quæritur ergo apud eum benedictio , id est gratia Dei, remissio peccatorum , iustitia, uita & salus . Sinite ergo uenire ad me, inquit, quasi diceret, Ego non solū propter uos, sed & propter infantes ueni in mundum quærere & seruare, quod perierat . Salus mea etiam ad infantes pertinet, quia ipsi sunt filii Abrahæ, filii promissi

promissionis.

Vos putatis ad percipiendum Dei regnum hanc etatem non esse idoneam, uerum ego, qui noui, qui sunt Dei, & qui ad regnum Dei pertineant, dico uobis, quod talium est regnum cœlorum. Et quicunqz regnum Dei non acceperit ut paruulus, haud quaquam ingrediatur in illud. Vide, ne condemnatis unum ex his pusillis. Dico enim uobis, quod angeli eorum in cœlis semper uidet faciem Patris mei, qui in cœlis est. Venit enim filius hominis seruare, quod perierat. Si itaqz ego etiam propter infantes ueni, ueniant & ipsi ad me, nolite uos eos prohibere.

Vide mihi puer mandatum & minas Christi, expende, quam sint Deo curæ paruuli, quibus sic patrocinatur Christus. Audire rationem, quia talium est regnum Dei, ergo & ipsi sunt pars Ecclesiae, Christi participes.

Sequuntur etiam tria eximia & certissima signa fauoris diuini, quod infantes a Deo recipiantur in gratiam, sancti

fidentur, ac saluentur.

1 Accipit in ulnas.

2 Imponit manus.

3 Benedicit, id est, remittit peccatum, donat Spiritum sanctum, & in foedus gratiae cooptat. Eāt nunc Herodiani Anabaptistæ, et arceat à baptismo infantes, hoc est, quantum in ipsis est, enecet eos spiritualiter, ac salutem eis intercipiant, quos Christus ad se uocat, & tam amariter amplectitur.

Quod itaq; Deus in circumcisione præcepit, promisit, & minatus est, idem pro ratione noui Testamenti in baptismate eum facere intelligimus.

Olim dixit Iudeus, Circumcidetis carnem præputij vestri, ut sit in signo foederis inter me & uos. Infans octo dierum circumcidetur in uobis. Ego Deus tuus et seminus tui, id est, in æternum seruabo uos. En promissionem consolantissimam, Nunc dicit de omnibus, Baptizate eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. En & hic promissam salutem.

Olim

Olim minabatur Iudæis, Cuius præputij caro circumcisæ non fuerit, delebitur anima illius de populo suo, quia pactum meum irritum fecit. Vbi nemo non intelligit, incircumcisos fuisse abiectos.

Nunc minatur omnibus Ioannis 3,  
Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non potest introire in regnum Dei. Quod ueteres Orthodoxi de sacramento baptismatis intelligunt, quorum fidem hic tuto sequimur.

In baptisme enim omnia peccata remittuntur, ut diximus, Christus claves regni coelorum dedit Ecclesiæ. Quare nisi Ecclesia, infatibus ad Christum adductis, peccatum originale, in quo nati sunt, remiserit, nemo eis remissum esse certo sperare audebit. Ecclesia catholica habet uerbum, et sacramenta gratiæ et uitæ. Et cum remissio peccatorum ibi sit duntaxat, ubi est Christi uerbū & sacramentū, consequitur illos infantes accipere remissionem peccatorum, qui ab Ecclesia Christo in baptisme offeruntur benedicendi. Et

per sacramentum baptismatis, inuocato Dei nomine, Ecclesiæ inseruntur, signumque promissæ in Christo gratiæ accipiunt. Nemo tamen est excors, ut dicat nullos omnino infantes, regni Dei participes esse aut saluos fieri. Multi igitur salvantur infantes. Si quæreris, qui nam salvantur, fateri nos certe clara ueritas cogit, peccatorum remissionem, ac regnum Dei ad eos pertinere, quibus in Ecclesia signum foederis gratiæ confertur. Discip. Credis igitur paruulos non baptizatos damnari? Præc. Ut credam, Scriptura cogit, et ueteris Ecclesiæ autoritas Nam Apostolus Rom. 5. cum peccatum originale tractaret, Condemnatio, inquit, ex uno delicto ad condemnationem. Quod Augustinus contra Pelagianos & Manichæos ad Hilarium Epist. 89 sic enarrat, Quid est ex uno delicto ad cōdemnationē, nisi illo delicto, quo deliquit Adam. Illud unum, quo est obligata propago carnalis, quæ ab illo primo homine originem ducit, sufficere dicit ad condemnationem, Ideo nō est su-

per.

perfluous baptismus parvorum, ut qui per generationem illi condemnationi obligati sint, per regenerationem obligentur.

Et ad Hieronymum Denatura & origine animarū Epist. 28 sic ait, Quisquis dixerit, quod in Christo uiuiscabuntur etiam parvuli, qui sine sacramenti eius participatione de uita exeunt, hic profecto & contra apostolicam prædicacionem uenit, & totam condemnat Ecclesiam. Vbi propterea cum baptizandis pueris festinatur, & curritur, quia sine dubio creditur aliter eos in Christo uiuiscari omnino non posse.

Et mox in fine, Robustissima, inquit, ac fundatissima fides est, qua Christi Ecclesia, nec parvulos homines recentissime natos à condemnatione credit, nisi per gratiam nominis Christi, quam in suis sacramentis commendauit, posse liberari. Idem alij quidam Orthodoxi credunt, & docent. Discip. O quam horribile est iudicium Dei in peccatores, si infantes propter peccatum originale dā-

natur, quos non propriæ uoluntatis peccata, sed natuitas peccatores facit. Pracep. Vere horribile. Sed idem Augustinus in Enchiridio Cap. 93 dicit, mitissimam omnium fore poenam eorum, qui præter peccatum, quod originale traxerunt, nullum insuper addiderunt. Et in cæteris, quæ addiderunt, tanto quisque tolerabiliorem ibi habebit damnationem, quanto hic minorem habuit iniuriam.

Habes nunc, quid sit baptismus, quibus dandus, & quid efficiat. Gratias igitur Deo ages quotidie, pro tam insigni dono baptismi, sine quo tot milia hominum in orbis terrarum moriuntur, & in æternum pereunt.

### *De Mulieribus tribus captis,*

*Colloquium Anno 1538.*

Mulieres tres cum robusto agricola diu carceris squalorem, intrepido animo senserant, neque religiosiores, neque meliores facte, sed proteruiores loquaci ores cœp. Aduocatus fuit ad illas Conciliator

nator Ecclesiæ illius, ut eas ueram Christi fidem doceret, et sui erroris, adductis Scripturis sacris, iussus conuinceret. Pius pater omnes neruos intendit, ne sine fructu ab illis discederet. Initium itaque sermonis, quum adductæ essent in quodam conclave, ex carcere habuit. Audit me, inquit, piaæ mulieres, nam ob uestrā salutem ad uos sum uocatus cum collega meo à Senatu nostro, ut uos detectis erroribus, in fide catholica instruam. Doletque uehementissime, quod in hos nocentissimos errores anabaptistæ incideritis. Anabap. Non erramus in articulis fidei, absit hoc procul, quum Spiritus Dei nos docuerit ea, quæ sunt salutis, uocaueritque à maligno isto mundo ad filios lucis, in quo uos immersi adeo, ut in tenebras externas tandem ejiciamini. Pastor, Quæ est igitur fides uestra? Anabaptista Mulier. Credimus baptismum parvolorum ex satana esse. Pastor, Quibus Scripturis o misera muliercula, hanc tuā sententiam confirmabis? Anab. M. Nolumus tecum Scripturis

## 492 DE CATABAPTISTARVM

ris agere, id enim edoc̄ti sumus à præcep̄toribus nostris. Nā illi adiectis minis, nobis inhibuerunt ob simplicitatem nostram, ne ullum Scripturæ locum adducamus coram uobis, qui cereum nasum ex Scriptura diuina facitis. Past. Non sat est dicere. Credo hoc, oportet habeas testimonium illius rei ex Scripturis. Preceptores uestrī seducunt uos, Petri uerba non recte perpendentes, qui iubet omnī poscenti, rationem fidei nostre esse dandam. Anab. M. Testimonium Spiritus sancti in cordib⁹ nostris habemus, ob id externum testimonium negligimus. Past. Spiritus sunt probādi. Ana. M. Velles tu nostros spiritus probare, quos non uides? Qui nos, maligno spiritu agitatus, odio prosequeris. Past. Ex Scripturis probantur spiritus. Dic mihi, ubi hoc scriptum, Pueri non sunt baptizandi. Anab. M. Dic & tu mihi, ubi præceptus est paedobaptismus. Quicquid non est præceptum à Christo, hoc non est faciendum, de puerorum baptismo nihil scriptū est, baptismus igitur, qui

qui illis confertur, Christo displicet. Pa.  
Hæc ex teipso non habes, & si pessime  
colligas. Indoctorum præceptorum tu  
orum sunt tela ficalnea, quibus me non  
conficies. Multa non sunt scripta, quæ  
nihilominus facimus. Vbi in Euange-  
lio iussus es bibere, calceos induere, &  
balneum intrare? Ea solummodo exem-  
pli gratia adduco, ut rudem mulierculā  
in sui cognitionem ducam. Anab. M.  
Balneis non utimur, situ & squalore ob-  
litæ. Vide manus meas & pedes (uestē  
enim remouebat impudens mulier, ma-  
nus usq; ad brachia, & pedes usq; ad po-  
plites denudans) Molliculi tales lotio-  
nes amāt, in quorum numero uos estis,  
Past. Serio loquere, nam in negocio sa-  
lutis non est iocandum. Anab. M. Pro-  
fundimus in uentum uerba, tu nihil fal-  
acijs tuis efficies, uulpecula est, sump-  
tus ingentes habes, qui te detinent in er-  
roribus baptismi. Past. Quid ô Deū im-  
mortalem, nihil aliud credis, quam hūc  
articulum de pueris non baptizandis?  
An non et symbolum apostolicum ab  
Eccle-

Ecclesia receptum credis? Anabap. M.  
Nescimus, quid loquaris. Vbi Christus  
hoc docuit? Nescio, quid sit symbolum.  
Past. Plusquam miseri homines estis. In  
hoc symbolo collecta est summa totius  
Scripturæ, in usum simpliciti hominū.  
Negas tu hoc symbolum, quod absque  
dubio à parentibus edocta es, esse diu-  
nū, aut putas Scripturis diuinis esse con-  
trarium? Anab. M. Credo in Patrem &  
Christum, & hoc satis mihi est ad salu-  
tem consequendam æternam. Past. Nō  
credis etiam in Spiritum sanctū. Anab.  
M. Cur in illum crederem, quem apud  
me habeo, quiq; me totā possedit? Past.  
Non credis Remissionem peccatorum.  
Anab. M. Hoc credidi, antequā baptis-  
mū acciperē, sed iā munda sum tota. Pa.  
Video uos nihil solidi ex Scripturis ha-  
bere, erroribus uarijs inundare, spiritu  
maligno agitari adeo, ut nulla relipiscē-  
tia sit spes. Conuertimini ad Dominū  
cito, aut peribitis. Anab. M. Nihil ad te,  
si nobis est pereundū. Domino stamus,  
& cadimus. Past. Dominus det uobis sa-  
nam

nā mentē. Abeamus, frustra enim hic su-  
damus. Anab. M. Abite, quis uos uoca-  
uit? Hinc apparet Lector charissime, qđ  
mali doctores turbæ in Ecclesia catholi-  
ca cōmoueāt, si principijs nemo obstat.  
Certe sero medicina huic uulneri cōue-  
niēs paratur, floccipendūt omnem Scri-  
pturam, denegant fidei articulos, spiritū  
factitātē Dei in omnibus factis & dictis,  
cū malo spiritu adobrutī sint ad insanū  
usq;. Quis nō ingemisceret cōsiderans,  
quō prolapsi sint hi homines, quā mul-  
tis erroribus diffluāt, quām prope nihil  
fidei charitatisq; reliquum fuerit? Sedu-  
ci homines nolunt credere doctis uiris,  
integris, et dignitate prēminentibus, q  
disiectas, palantes ac dissipatas oues re-  
uocent ad salutifera Christi pascua, &  
ad ecclesiasticæ concordiæ caules redu-  
cant. Sed à ueritate auertunt aures, & i-  
deo mittit illis Deus doctores, nō q̄ lin-  
gua medica sanarent ulcera ipsorū, sed  
qui pruritū ac scabiem affectuum ipso-  
rum commode scalperent. Errant igitur  
ac pereant sua culpa, quum nemo eos  
uelut

uelut è lethargo expergefacere ac ueterum excutere possit. Nouos prophetas amant, illis aures præbent, qui clamoribus & magnis polliticis omnia agunt, & docent, quæ carnis sunt, quæ externâ libertatem spectant. Hæc plausibilis est fabula. Eorum doctores in dictorijs, in conuictijs, in sannis, in salibus contra ueros Deiminiſtros, quem non uincunt scurram? Sed nolo Camarinam, Domini iudex iustus erit.

*Sectæ Anabaptistarum uaria.*

Prima fratres hinc inde dispersos habet, Christianum Magistratum, iuriurandum, paedobaptismum, decimas, census, tributa, uestigalia pernagantes. Et ad stabiliendos hos errores multa Scripturæ loca, quibus dementant simplicem & ruricolam populum, collegerunt.

Secunda nocentior prima. Hæc gaudet libertate in baptismo ac in omnibus rebus externis. Et qui huic sectæ nomine dederunt, sunt ab alijs, qui sanctiores indentur, immo pertinaciores in semel imbibita doctrinae, xcommunicati. Liberi esse

esse uolūt ab omni lege, tam Moysi, quam  
politiarum. Christū enim eos à lege re-  
deuisse. inq̄ libertatem uendicasse di-  
cunt. Ut tunc etiam hac libertate in ux-  
ores totius concionis. Peccare post ba-  
ptismum acceptum, se posse negant.  
Nec isti suis argumentis, ex Scripturis  
decep̄tis sine omni intellectu, destitu-  
untur.

Tertia Huteschina uocatur, ab Au-  
gustano quodam in carcere, nescio quo  
in loco, aut quale ob delictum, demor-  
tuo, cui nomen Pileo fuit, ita denominata.  
Ethi Christi Diuinitatem negant.  
Prophetæ ueri nomen sibi solum ascri-  
bunt. Satanæ & omnibus impijs salu-  
tem denegare turpe ducunt. Nullo in lo-  
co hærent diu, aut propter timorem ob-  
malam conscientiam, qua uexātur, aut  
ut eo commodius totum orbem perre-  
ptent, suaque doctrina mortifera mul-  
tos inficiant. Pecuniarum uim secū de-  
ferunt, ut pauperibus, si in quos incide-  
rint suæ sectæ, liberali manu dent, ne  
deficiant, quum crux ferenda sit. Vnū

K obulum

obulum in pauperes insumunt, & totas  
illorum domos deuorant. Paupertatem  
Euangelij prædicant, cum interim Bac-  
chanalia uiuant. Colligunt fratribus af-  
flictis, sororibus ociosis et lasciuis res ne-  
cessarias, quarum uix quintam partem  
insumunt. Ita ociose aliorū laboribus su-  
stentantur, Deo & hominibus illuden-  
tes. Simulatam & quæstuosam fingunt  
paupertatem, sed ueram uel Diuinitus  
impositam, uel propter Euangelij dō-  
ctrinā inflictam, peius angue odiūt. A-  
stuti isti etiā uarijs Scripture argumētis,  
ne dicā ridiculis, sua dogmata fulciunt.

Quarta secta ab Augustino quodam  
Bohemō initiū sumpsit. Hi Augustini-  
ani, hoc enim nomine seipso nominā-  
bant, prophetias de extremo die habēt,  
reuelationes et spectra nocturna illis da-  
ta, quibus corda hominū dijudicare pos-  
sunt. Dicunt cœlū esse adhuc clausum  
omnibus hominibus, quemadmodum  
post Bernēsem disputationem, Basileæ,  
in conuentu pio.ū fratrum & sororū dis-  
cussum est. Mirum, quo in angulo hæc  
quæstio tractata sit, seclusis ministris Ec-

clesiæ: Abundant & hi quibusdam fuit  
libus argumentis.

Quinta secta, parū cruce edocta, recte  
sapere incepit. Magistratū, ius iurandum,  
pædobaptismū, tanç liberā rē Christia-  
norū, admittunt. Nihil cōmercij alias ha-  
bēt cū fratribus, à quib. sunt excōmuni-  
cati, licet in multis pessime errent. Cōci-  
ōnes enim publicas omnino abrogarūt,  
uerbū Dei externū nihil curant, aut pa-  
rū autoritatis illi tribuunt. Doctiores es-  
se uolūt, q̄ quod indigeat ulla doctrina,  
spiritui omnia tribuunt, quo pleni sunt  
usc̄ ad collū. Horum nebulonū ingens  
turba passim reperitur. Simulare norūt  
quiduis apud quosvis, ne expellantur;  
aut puniantur, interim osores totius ue-  
ræ religionis & honestæ uitæ sunt.

Sexta noui qu id habet. Et hæc fratri-  
bus reliquis adh̄eret indiuisa, sed tenet li-  
berū arbitriū, gratiæ Dei obliti in nego-  
tio salutis. Negat Christū p̄ infantibus  
passum & mortuū. Quia Christus dicit,  
Taliū est regnū cœlorū. Varijs etsā erro-  
rib. et hæc scatet, nec illis desūt Scripturę

loca, perperam adducta.

Septima, excommunicationis fulmine à reliquis Anabaptistis prostrata est, quæ spiritus et expectat, & sequitur motiones, nihil impuri & maculæ se habere falso iactat, in hac carne. Expectat liberationem externam ex Aegypto, id est ex hoc peccatore mundo. Paradisi sedes somniat. Articulis præterea multis abundat, quibus nouum monachatum instituere uolebat, uarijs externis ceremonijs in hoc excogitatis, quas quotidie mutarunt, alijs in illorum locum restitutis.

Has sectas, ex ore cuiusdam boni & honesti viri, qui ad annos aliquot, illis non sine maximo suo incommodo adhaesit, quiq; s̄epe illis, quū insulsas doctrinas offerrent, restitit, saniora ex diuinis Scripturis proferens. Verum quum nihil proficeret, & quotidie noua dogmata & obstupenda fingerent, constituit secum hoc hominum genus Deo committendum, sicq; ab illis fugam arripuit. Dominus liberet nos ab istis & omnibus

bus sectis. Amen.

*De Anabaptistica Sanctimonia.*

In uitati à Typographo quodam o-  
peræ, inter quos & Anabaptistæ nuper  
renati erant, ad lautum conuiuum. Ad  
suere omnes constituta hora, tam uiri &  
mulieres, asselsum est mensæ (hūc enim  
morem perpetuo Typographi obserua-  
runt, ut absolutis operibus, quæ ad nū-  
dinas Francfordenses secum auehere so-  
lent, operis data sit opipara cœna quam  
spiculatoriam uocant) coniugè lauto ci-  
bo, & Persico apparatu refecti, uario us-  
ni genere inebriati. Et quum stomachū  
replessent, animum uino exhilarassent,  
incepérunt (ut ferè fit) garrisce uarijs de  
rebus. Nam post rusticum tumulū cō-  
uiuum illud agitabatur, quo tempore  
omnibus erat argumentum satis locu-  
ples aliquid narrandi, & uel defendendi  
uel accusandi rusticos miseros. Anaba-  
ptistæ taciti auscultabant, et ne uerbulū  
loquebantur, & si parum apud se muſſi-  
tarent, sua conuersationis exemplum o-  
stantes. Cum unus ex conuiuis sur-

rexisset, caputq; lineo panno inuoluis-  
set, indutus ueste pellibus inuersis, incl-  
peret fabulam quandam satis iocosam,  
& salibus refertam recitare, adeo facetè,  
ut conuiuæ omnes, exceptis sanctulis i-  
stis, in risum se soluerent. Vnus ex Ana-  
baptistis, cuius facies sanctimonie speci-  
em habebat, interrupti concionè. Quid  
facis bone vir, inquit, fili huius seculi,  
est ne hoc Deo propter cibum sumptu-  
gratias agere? Diu sedi mutus, meo ex-  
emplo uos omnes prouocare ad perse-  
ctiorem uitā studens, sed quantū intelli-  
go, nihil efficio. Necq; conuenit, ut ego  
iam deinceps, cum omnes insanitis, ta-  
citurnus sim. An nō pudet, qui Christi-  
ani nomen geris, liberos domi habens,  
talia dicere tam leuia, tam ridicula, reli-  
quias tacentibus? A fratribus hoc prædi-  
ctum mihi, quod iam euenit, antequam  
uos accederem. Nolo deinceps idolo-  
thyta ista deuorare more gentiū, qui ijs  
libenter accubant. Emendate uitam ue-  
strā in melius. Verum scio me frustra lo-  
qui apud uos bene pastos & potos, sed  
hoc

hoc scio quod de omni ocioso uerbo rationē Deo daturi sitis. Sicq; abiit, iracūdia percitus Anabaptista cum uxoru la mirae sanctitatis & loquacitatis, uentre repleto, qui nec initio cœnæ preces ad Deum, nec peracta fundens. Admirabātur omnes, qui homines istos prius nouerant, quod tam cito mutati essent in tam angelicam uitam. Et sic conuiciū illud loligine nigro aspersū fuit. Anabaptistæ mox ad suæ factionis homines cucurrerūt, quid actum esset, exponentes. Laudati sunt ab omnibus ob tā liberam reprehensionem.

### De Laboribus Anabaptistarum.

Quum laborarent simplicibus, & rerum nouarū studiosis, principio seduli erat, mox autem orabāt simul, aut Scripturam declarabant, seposito labore. Lentaculum nolebant sumere, hanc hotam dicebant, se melius collocaturos in rebus diuinis. Sat cibi se habere dicebant, si bīs in die refecti fuerint, quum sancti Dei semel tantummodo in die

parum cibi accepissent. Nocte aduentante, cum à laboribus desistendum esset, more consueto orationibus laborem concludebant, nihil mercedis exigeabant. Verum cum interrogaretur, quid præmij illis dandum esset, cum operarius dignus sit sua mercede, quidam subdolus, Quid præmij uobis dabo, inquit. Date, inquiunt Anabaptistæ, quod iustum. Id Christus in Euāgelio iussit, de ihs mentionem habens, quos in vineam suam miserat, ut laboraret. Rusticus, Alia ratio est cum ihs, qui in æstu solis & per totam diem laborarunt, uos non laborasti, sed orasti, et Scripturam nescio quā, interpretati estis, more monachorum. Atqui cras iterum redite, & numerabo, peracto labore, quod æquum fuerit. Vnus ex Anabaptistis, inquit, Da hodie mercedem, id enim Deus in lege Moysi iussit, alias peccas contra Deum. Cras enim fratri nostro obstricti sumus, cui nes promisimus nestram epem in laborando. Quid igitur uobis dabo, inquit Rusticus. Da, dicens, integrum salarium,

rium, ut Christus fecit cum ijs, quos in  
uineā sub uesperam conduxerat. Hoc  
non faciā, Rusticus inquit, uos quatuor  
parum laborastis, unus seruorum meo-  
rum plus laborasset solus. Dabo unicū  
q̄ assem, ne male de me loquamini, aliās  
ne terunciū uobis darē ob desidiam ue-  
strā. In agro non est locus orandi, sed la-  
borandi. Acceperūt hanc pecuniolam  
uultures isti, & abierūt. Ex his apparet,  
quare miseri Anabaptistæ soleant labo-  
rare, nempe quo acquirant fratres & so-  
tores sua astutia. Si hoc non successerit,  
quod conantur instituere, mox auolāt.  
Nā labores amant æque ac serpētes ue-  
nenatissimos. Noui præterea aliquem,  
qui adhuc in uiuis est, qui cum in uinea  
eiusdam laboraret, & adessent mulier-  
culæ, anabaptismi laudes inter laboran-  
dum perpetuo sonabat, & ita explorare  
ingenia illarū, an aures præbere illi & as-  
sentire uellent, solitus erat. Cōcionaba-  
tur autem de eximia Anabaptistarum  
sanctitate, de uia arcta ad uitam æter-  
nā. Atq̄ hac ratione seducta est, astu sa-

K S tanæ,

106 DE CATABAPTISTARVM  
canæ innumera hominū multitudo, ut  
illis adhæserint, pecunias dederint.

*Aliud exemplum.*

Imagines, quas in ueteri Testamento  
et nouo inuenierunt, omnes aut atramē-  
to fœdarūt, aut papyro adglutinata der-  
erunt, ne idolis istis contaminentur, &  
ne quid contra Dei præceptū cōmitte-  
rent. Numismata uel aurea uel argētea-  
nō modo diligebāt, sed etiam osculabā-  
tur, nihil imaginū multitudinem cur-  
rātes. Stultū hominū genus. Noui quā-  
dam mulierculā, à quodā bono uiro ad-  
prandium inuitatam, quæ cum in ædes  
hospitis intrasset, & imaginē diuæ Vir-  
ginis, in fenestra depictam cōspexisset,  
mox retro pedem flexit, & auolauit di-  
cens, Nihil commercij mihi est cum ido-  
lolatriis istis, nolo cōtra legem Dei mei  
facere. Nonne stultiores sunt Iudeis, mi-  
seri isti homines? Legitur de quodā, qui  
& urinā suā sibi proposuerat non emi-  
tendam amplius, putans se eo pacto san-  
ctiorē esse, & Deo insignem cultum  
præstare. Qua insanīa putas homines  
istos

*I*stos laborare, aut quo morbo: ὑπόκειται  
οὐ τὸν καρδιολογίαν in fratres elegerūt, qui  
strenue in omnibus obediunt.

*De temeritate Anabaptistarum.*

Quadam uero in ciuitate, Euangelicæ  
doctrinæ adhaerente, Anabaptistæ, qui  
palam, nemine resistente, docebant, à  
publico ministro ad augustum Senato-  
rum confessum uocati. Ad sunt hi mox,  
quo commodius suum uenenum effun-  
dere coram tota Senatus cōgregatione  
possent. Consule eos primo affatur, Au-  
dite boni uiri, quod dominos uestros cle-  
mētissimos ualde offendit. Nouā doctri-  
nā in urbe & agro nostro spargitis, ino-  
bedientiam docetis. Populum per ba-  
ptismum colligitis, quæ omnia speci-  
em seditionis habent. Cupimus itaque  
ex uobis causas intelligere, quo auto-  
re id faciatis, et quid sibi uestræ congre-  
gationes uelint. Anabaptistæ, Fratres  
mei, nostra doctrina ex instinctu Spi-  
ritus sancti originem habet (mitior in  
nos hic fuit, quam reliqui Anabapti-  
stæ, qui certè nullū loco fratris habent,  
nisi

## 508 DE CATABAPTISTARVM

nisi aqua sit tintus) ideo uestrum non  
est, earum rerum causam perquirere. No  
strum est docere, uestrum discere, que pro  
ponimus. Huc tendit uestra potestas, ut  
latrones, fures, adulteros, foeneratores  
gladio puniatis. In eos autem qui uerita  
tem noui Euangeli spargunt, potestatē  
puniendi habetis nullam, ni in Dei uin  
dictam incurrere uelitis. Nostis graue  
esse, in manus Domini incidere. Cons.  
Quis te iussit docere? Ana. Quid ad te?  
Nonne audisti, tibi nihil rei nobiscum,  
qui docemus esse, sed cum latronibus et  
furibus. Cons. Miser es homo, Anab.  
Tu miserior, quia crudelior. Cons. Un  
de nosti meā crudelitatem. Es ne ullo  
incommodo à me affectus? Anab. Cu  
rasti me incarcerari. Cōs. Adducite hos.  
Dein consultatum, qua poena hi turba  
tores Ecclesię essent plectēdi. Itū est in e  
am sentētiā, ut libere dimittantur, ad  
iectis mīnis, ne doceant in angulis, aut  
publice inhibitum, nisi legitime uocen  
tur aut à Senatu, uel Ecclesia ordinētur.  
Nolle has turbas Senatum ferre, nec de  
bere

bere etiam, ob simplices propter seditionem. Hac autem miti sententia audacie-  
res facti, ut non solum in angulis doce-  
rent, sed quum Cōcionator cathedram  
ascendere uolebat, ipsi priores aderant,  
& declamabant, nescio quæ horrenda  
præ foribus esse, si ita pergerent pēdoba-  
ptismum adstruere. Grauiori itaq; hie  
morbis curatione opus habuit.

Ducti iterum in carce-  
rem, & tandem  
proscripti.

Finis.

ERRATA, QVAE INTER RE-  
legendum depræhendimus, sic  
emendabis.

Fol. 35 lin. 7. lege Catabaptistica. 37 22 genu  
in sententiæ. 76 20 metum deorum. 109 10 pru-  
dentiam. 115 12 locorum de se specimen, et 16 sed  
paradisum. 117 2. obsecro, cur totus 120. 17 catho-  
lica. 134. 18 & à Iacobi, à dele. 205. 5 multas. 206.  
23. in meo 211 5 alijs. 7 uxores. 21 sancti 23 erro-  
res. 233. 22 admodum illi, qui. 254. 18 adduceret,  
iussus. 267. 1. ductis 275. 11, à spirituç 298 20. pro  
etiam lege, inquit, 299 8 membrum 318. 21. usus,  
sed rarissime. 320 22 illi. 351. 2 uos 370 6 puri,  
sancti. 374. 23 integras 381. 1. prognatam. 407.  
16. ac 416. 14 significantius 421. 2 explanatione  
423 17 tamen 427. 3 & dele. 403 20 caulem. 452  
25 nola. 453 19 linum prolumen. 455 2 uestrç. 493  
20 496 20 primæ.

ROBERTVS VVIN  
TER, BASILEAE, ANNO  
M. D. XLIII excudebat.

